


Jg
1067


L. H. 143.

C Th.
94.

Nbe. 6.







2

EPELENCHUS

SIVE

APPENDIX ELENCHO-

RUM JUDAICORUM,

Continens

*Refutationem Exceptionum &
Argumentorum, quæ à Judeis
contra adventum Messiae
afferri solent.*

AUTORE

CHRISTOPHORO HELVICO

SS. Literarum & Hebrææ Linguæ

Professiore publico.



G I E S S Ä,
Typis Casparis Chemlini.

M. D C X I I I .



AD VIRVM REVERENDVM CLARISS.
Et Humanissimum,

DN. M. CHRISTOPHORUM HELVI-
CUM, PRÆCEPTOREM ET PROMOTOREM
suum dñeçtor.

R Ebus in humanis pulchrâ ratione, suave
Multum nominib. convenit omen, adest:
Omen adest? summo sed concomitante Tonante
Illiſ hoc verum largiter omen adest.
Haud opus hic longis verborum ambagibus,
haud hoc,
Ut videam, longos currere ad usque locos,
Fallor? an hoc, ô Vir Reverēde, colende, videmus
Exemplo, summo dante Tonante, tuo:
Non fallor, non omen abest, non dissona vero
Affero, sed vero consona dictafero,
Nomen CHRISTOPHORI geris? hoc de-
dit unda sacrata,
Verum Christophori nomen Et omen habes.

*** 2

Nam

Nam cui non clarū est, quod Christū voce suavi,
Tām lingua & calamo per loca multa feras?
Quid loca multa voco? me letæmata sancta fe-
rendo

Christum per magnū fers mare, fersq; solum,
Et Iudeorum genti, quæ obnupta tenebris
Errorum densis ambulat, huncce refers,
Huncce refers, verè monstrans, quod tempore
Orbi expectatus venerit hicce Siloh, (longo
Venerit, & fragiles moribundi corporis artus
Sumpserit ex casta virgine natus homo.
Cūm sic hæc sient, per verso percitus østro
Sit, te non verè Christophorum vocitans.
Astripotens tua cæpta regat celebrāda, secundet
Ut Christum posthac os calamiusq; ferat,
Ut gaudere, vigere, virere, studere, valere
Possis, astripotens det Deus, hisce vale.

Eis aidoy & xæristas pernivis

scriptum à

M. Friderico Wigando Montano
Heldburgo Franco SS.Th. stud.

EPELENCHUS
SEU
*APPENDIX ELENCHORVM
JUDAICORVM,*
Continens
REFUTATIONEM
Exceptionum Iudaicarum ad argumenta Christianorum:
P R A E S I D E,
CHRISTOPHORO HELVICO
S. LITERARUM ET LINGUÆ HÆ.
BRAICÆ PROFESSORE PUBLICO.

Rrespondente
M. JOHANNE FABRICIO WYNGERNENSI
MARCA-WESTPHALO.



G I E S S Æ,
Excudebat CASPARUS CHEMLINUS,
ANNO M. DCXIII.

STRENUIS, NOBILISSIMIS, AMPLIS-
SIMIS, SPLENDIDISSIMISQUE
viris,

Dn. LVBERTO von Brempt/ Dn. in Witten.

Dn. IOHANNI von Romburg.

Dn. WILHELMO Grüter.

UT ET

REVERENDIS, DOCTISSIMIS, HUMANIS-
simisque viris,

Dn. M. BARTHOLOMÆO STIBERO, Tremoniae
ad D. Reinoldum Ecclesiastæ meritissimo.

Dn. IOHANNI RUMPIO DOPPERO, Ecclesiæ
Swelmenſis Antiquiti dignissimo.

Dn. ANDRÆ BRVMANNO Pastor, Hatnegenſi
vigilantissimo.

Dn. JONÆ BRVNONI, Ibidem Ecclesiastæ fidelissimo.

Dn. PETRO LTANDRO, ejusdem Schole Moderatori
felicissimo.

Dominis Mæcenatibus, Fautoribus & Promo-
toribus, omnibus modis observandis

Disputationem hanc Theologicam in debite
observantie, gratitudinis & amoris
tempore offert

M. Johannes Fabricius Wyn-
gernensis Marca West-
phalus. Resp.

Epelenchus seu appendix
ELENCHORUM JUDAICORUM:
CONTINENS
REFUTATIONEM EXCE-
ptionum Judaicarum ad argumenta
Christianorum.

Quandoquidem in elenco I. Judæorum aliquantò breviores fuimus in nudè proponendo argumenta nostra; visum est nunc subjungere pleniorē διέξοδον exceptionum Judaicarum de Adventu Messiae: primò quidem generalium, deinde specialium ad loca singula.

EXCEPTIO I. GENERALIS AD
omnia argumenta.

Reques admodum Judæis in ore est hæc responsio, ut pressi vaticiniis Propheticis concedant terminū à prophetis adventui Messiae præfixum, pridem effluxisse. Cæterū peccata sua obstare dicant, quomodo re ipsa exhibetur. At mirum est, Judæos non pudere tam clumbis effugii, quo & Scripturis in faciem & sibi metipsis contradicunt.

Primò. Deus statuens certum terminum, quo Messiam exhibere velit, eumque per diversos prophetas diversis temporibus viventes denuncians ac promittens, aut mentitus est, aut promissionē suam implevit. Tertium

dari non potest. Si enim dicere velint Judæi, Deum sub conditione pietatis promisisse Messiam, mentiuntur tamen crassè, ut per gulam ipsis adigi mendacium possit ipsius Dei verbis, qui ex professo hoc negat *Psal. 89. v. 34. 35. 36.* Neque ullum vaticinium hypotheticum monstrare possunt, quod de Adventu Messiae agat; sed omnia sunt categorica, absoluta, definitiva, וְאַתָּה וְבָרָךְ, ut Magistrorum verbis utar. Quid ergo? Itane Deus mendax fiet, quia Judæi sunt impii? Et falset in promissionibus suis, eo quod Judæi perfidi facti sunt? Itane Judæorum apostasia & perfidia, etiam Deum perfidum, perjurum & mendacem faciet? En quantum blasphemiam soveat impius hoc effugium Judaicum! Aut ergo concedant, Deum mansisse veracem in prædicationibus suis & praestitisse, quod promiserat, aut dignas sustineat poenas blasphemie sua. Recolant impii homines propria sua verba, quibus confitentur Dei constantiam & veritatem in servandis promissis: אלהינו מלכנו גאלנו ומשענו נאמן האומר והעושה המורבר והמקים רובה אחר לו ישב ליקם id est: *Deus noster, rex noster, Redemptor noster & Salvator noster, est Deus verax, qui dicit & facit, qui promittit & præstat, & verbum unum ex verbis ejus non cadit retrorsum in ritu.* Si hoc verum est, eur ergo nolunt credere, Deum verbum suum ratu fecisse in servando termino adventus Messiae? Huc facit Cabalistica interpretatio dictionis לֵאמֹר (Certum ac ratum) per tres voces אל מלך נאמן, Deus rex verax, lib. Sanhedr. c. 11. Et R. Iochanan in Berechith Rabbac. 25. statuit, Deum præstare promissum à se terminum, sive agant paenitentiam, sive non agant. Similiter David Kimchi super Ps. 108. v. 5. Ut igitur in specie hæc applicemus ad argumentum nostrum primum & secundum; aut monstrent Judæi nobis unum è tribu Juda & familia David, qui vi juramenti divini nunquam labefactandi (*Psal. 89. v. 36.*) in throno Davidis sedet per

rit per 1500. annos, aut fateantur se reos esse criminis læse
majestatis divinae & horribilis blasphemiae, ob intentatum
Deomendacium.

Secundò. Illud non potest esse causa retardati adven-
tus Messiae, quod est causa ejusdem promissi, ut constat:
Nam potius contrà accelerationis causa efficitur. At qui pec-
cata sunt causa, eorum opus fuerit Messia salvatore, & cur à
Deo in salutem hominum promissus idem fuerit. Ergò.
Assumptio certa est. Nam in quem finem quælo **Messias**
promissus est? Et quamobrem à beatis Patriarchis regibus
Prophetis tantoperè fuit desideratus? An ut saginaret Ju-
dæos carnis de tauro magno Behemoth, & pisce Levija-
than, & musto de uvis Paradisi? ut hodierni Judæi (tanta
est stoliditas) plerique somniant. Tum equidem omnium
stolidissimi fuerint sancti illi homines, qui idem in terra
Canaan, florente republica Judæorum, abundè consequi
poterant, ubi nihil deliciarum ejusmodi corporalium de-
cerat; ut non opus esset ad hanc rem Messia. Sed longè ali-
ter docet Daniel cap. 9. v. 24. idèò venturum, ut peccata ex-
piaret, justitiam aeternam restitueret, iniquitates cohiberet, &
Ez. 53. v. 11. ut agnitione sui multos justificaret, seipsum victimam
offerret propeccatis &c. Sicut supra latius disseruimus. Neq;
negare hoc potuit autor libri Abcath Rochel, qui part. i. inter
cetera beneficia Messiae etiam hoc recenset, quod signifi-
cum malum ab homine auferendum sit, quod omnium pec-
catorum origo & radix est. Eadem docent Cabalistæ, utvi-
dere est in lib. Nezach Israël cap. 52. ubi perquam eleganter
Rabbi ille de hac rediisset.

Tertiò. Contradicunt suo Talmudo. Nam lib. Sanbedr.
cap. 11. expreßè affirmatur, per probitatem Judæorum ac-
celerari quidem potuisse adventum Messiae, non autem
retardari propter improbitatem: his verbis, *Dixit Rabbi*

Alexander, Rabbi Iehosua filius Levi, Scriptum extat, In tempore suo, Et scriptum extat, Accelerabo illud: Si probifuerint, accelerabo illud, si improbifuerint, in tempore suo, sc. adducam illud. Loquitur autem de tempore adventus Messiae. Idem legitur in Rashi super Ef. 60. v. ult.

Quarto. Contradicunt sibimet. Nam si peccata eorum obstant, quominus Messias veniat, ergo vana est eorum persuasio, quod quotannis in die Kippurim sint *i^sayy^{ah} y^{ah}āl*, immunes ab omni peccato, quia scilicet Deus ipsis omnia peccata remiserit. Sic enim scribit in lib. Minagim. Ubi enim peccata nulla sunt, ibi peccatis non potest impediiri bonum. Alterum igitur fateantur, aut Rabbinos suos egregie mentiri, dum ipsos à peccatis absolvunt, aut adventum Messiae non potuisse retardari propter sua peccata. Vide etiam Elench. 5.

Quinto. Ne vero excipiant, se luere poenam peccatorum à Majoribus commissorum: primò refutat eos Ezechiel c. 18. v. 20. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: Iustitia justi super eum erit, & impietas impii super eum erit &c. Hanc iustitiae legem non mutabit Deus ob Judæorum somnia.

Deinde, Edifferant quodnam sit illud tam grande peccatum prisorum, quod adhuc in ipsos redundet? Quidam dicunt, esse idolatriam vituli in deserto. At indignum hoc est responsione, cum toties reconciliati Deo fuerint. Neque allegare possunt peccata primi Templi. Nam in solutione captivitatis iridem reconciliati Deo fuerunt. Et constat, post captivitatem denuò promissum fuisse ad certum tempus, Messiam. Itaq; præcedentia peccata non potuerunt esse caussa dilati adventus Messiae. Porro constat & hoc, tantam idolatriam in Templo secundo non fuisse quanta erat in primo. Quare nullum pecca-

peccatum à Majoribus suis commissum afferre possunt,
quod idoneum sit ad probandam retardationem Mef-
fiæ. Sic enim majora peccata primi Templo non prohi-
buerunt, quominus de novo terminus certus exprimere-
tur à Daniele, Malachia, Haggæo; utique nec minora prohi-
bere potuerunt in Templo secundo, quominus ille termi-
nus statutus observaretur.

Denig, si non priùs venturus est Messias, quām Judæi
à peccatis mundi & planè sancti sint, Ergò nunquam ven-
turus est. Nam 1. *suprà Elenchos*, ostendimus neminem ho-
minum justum & innocentem coram Deo esse. 2. antea è
Cabalisticis probavimus, ideò venturum Messiam, ut perfe-
ctam justitiam, sanitatem & innocentiam, restitueret.
Stultum igitur est, adventum Mefsiæ co meteri velle, quod
ipse demum exhibitus actu nobis debet acquirere.

EXCEPTIO II. GENERALIS.

DEINDE confugunt ad hoc delirium, ut fateātur, Mef-
siam statuto tempore in hunc Mundum fuisse natum,
veruntamen nondum esse exhibitum, sed uspiam delite-
scere, donec expletum sit tempus tribulationis populi Ju-
daici. Et quidem è lib. *Sankedr. c. 11.* credunt, cum Romæ
commorari sub porta urbis, sedentem inter leprosos, affli-
ctum & ægrum.

Resp. Tanta vis veritatis, ut agnoscere cogantur, cum
natum pridem esse! Verūm nondum satisfacit hæc con-
fessio Propheticis vaticiniis. Etenim, si ille ultra 1500. Ro-
mæ sedet, leprosus afflictus egenus & ægrotus, ecquomo-
do salvatur promissio Davidi facta de throno æterno &
nunquam interrupto? Ecquomodo satis fit *Haggæo*, qui
prædictis, à suo tempore mox seu BREVI, intra modicum
tempus, venturum DESIDERATUM Gentibus? Ecquo-
modo

modo Danieli, qui præfinivit 70. septimanas, intra quas
justitia æterna acquirenda sit & peccata expianda, & im-
plendæ Prophetiæ? Quod si Messias nondum est exhibitus,
profectò quantumvis natus sit, nondum prophetiæ de eo
impletæ sunt, quia, ex hypothesi etiam Judæorum, non-
dum liberavit populum suum, nondum venit ad Tem-
plum suum, nondum dominatus fuit in populum Istraël,
nondum occupavit regnum Istraël & solium Davidis, &c.
Et, si Judæi credunt eum Romæ sedere sub porta, nimis
dementes sunt, qui eum non ibi querant aut inveniant,
cùm multi Judæi hactenus Romæ habitaverint, & verò
Talmud doceat, ex indicio quodam obligationis ulce-
rum, agnoscere eum posse, *all. loc.* Somnia sunt hominum de-
lirantium: aut, quod *Lutherus* ajebat, sarcasmi meri dia-
borum.

Præterea incidit hæc exceptio in eosdem scopulos
cum priore. Nam *ex lib. Sankhedr. c. 11.* sentiunt, propter pec-
cata Judæorum differri exhibitionem Messiae. Jam non
minus de exhibitione & manifestatione Messiae, quām de
nativitate agunt promissiones divinæ. Quare patet, nihil
planè sublevari Judæos hac secunda exceptione, cùm iis-
dem blasphemis obnoxia sit, quarū priorem convicimus.

SEQUNTUR
EXCEPTIONES SPECIALES.

I. Ad locum Genes. 49. v. 10.

Locus hic est insignis, & vehementer urit Judæos. Qua-
re vix aliud est, quem tot & tam variis tamque inter se
discrepantibus glossis contaminaverint. Antequām eas
refellamus, præmittemus tres egregias hujus loci Para-
phrases Chaldaicas.

סִכְפָּרָא יְהֹוָה מְרֻבִּית שַׁיְלָתָן עֲבֵד יְהֹוָה
Sic Targum Onkelos :

זֶה קָרְא מִבַּנְיו בְּנֵי עַד עַל־מְאֹעֵד רַיִתִי מֶשֶׁיחָא דָרֵי לֵיה אֲיָה מֶלֶכְתָּחָת
וְלֵיה יְשָׁהָפָעָן עַמְּמִיא :

Id est: Non deficiet faciens (id est, exercens) dominium de domo Iuda, et Scriba de filiis filiorum ejus in Seculum, donec veniat Messias, cuius est regnum, et ipse obedient populi.

Sic Targum Ionathæ, quod diu delituit, sed ante annos 22. à Judæis Venetiis editum primùm est:
לא פְּסָקִין מֶלֶכִין
שליטין מְרֻבִּית יְהוּדָה וּסְפִירִין מְלָפִין אָוֹרִיתָא מְרֻעָה עַד זָמָן רַי יְהִי
מֶלֶכָא מֶשֶׁיחָא צָעִיר בָּנוֹי וּבְרִילָה יְתִימָסָן עַמְּמִיא :

Id est: Non desinent (esse) reges et principes de domo Iuda et Scribae docentes legem de semine ejus, usq; ad tempus, quo veniet rex Messias pars vulnus filiorum ejus, et propter eum liquefient populi.

Sic Targum Hierosolymitanum:
לא פְּסָקִין מֶלֶכִין מְרֻבִּית יְהוּדָה
אֲפָק לא סְבִרִין מְלָפִין אָוֹרִיתָא מְבָנִי עַד זָמָן רַי יְהִי מֶלֶכָא מֶשֶׁיחָא
דָרֵדִית הָיָה מֶלֶכְתָּחָת וְלֵיה עַתִּידָן דִּישְׁתַּעֲבָרוּן בְּלַיְלָה דָרָעָא :

Id est: Non desinent (esse) reges de domo Iuda, etiam non Doctores docentes legem de filiis filiorum ejus, usq; ad tempus, quo veniet rex Messias, cuius est regnum, et futurum est, ut ei subjiciantur omnia regna terra.

Nunc audiamus Exceptiones Judaicas. Syllogismus noster talis erat. *Eo tempore venire debuit Messias, quo sceptrum et Mechokek à tribu Iuda ablata sunt. At qui ante annos 1600. id factum fuit, Ergo. Ad propositionem Argumenti nostri directe sunt he sequentes:*

I. Rabbi Abraham, Propositionē negat, & interpretatur locum de adventu Davidis, hoc modo: *Non auferetur sceptrum magnificentia de Iuda usq; dum veniat David, qui fuit primus rex è tribu Iuda. Resp. I. Standum est tibi, ἀταν., Paraphrasi Chaldaica, quippe quam Talmud docet ab ipso Moše divinitus acceptam, & Prophetis commen-*

B datam,

datam, atq; sic per continuam traditionem propagatam,
ideoque hic transilire tibi non licet, οὐ εἰμάλα βύλειν αἴτην. Illa
autem triplici testimonio, ἐπιμακλήδην disertis verbis affir-
mat, adventum Messiae hic designari. Huic responsioni in-
sistit, ut quæ urat obstinatos animos. II. Adjungo vero,
non minus veterem interpretationem in Bereschith Rabba
(alii Ketannam vocant) fol. 110. עַד כִּי־בָא שִׁילֵה זוֹ מֶלֶךְ מָשִׁיחָה. id est: Usq; dum veniat Silo. Hic est rex Messias. Quia futurum est,
ut gentes seculi deferant munera Messiae filio David, sicut scriptum
est (Esa. 18. v. 7.) In illo tempore afferetur שִׁילֵה munus Ieho-
va Zebaoth. III. Contradicit etiam Rabbi Salomoni, qui
similiter silob exponit, מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחָה מְלִיכָה לוֹ. Rex Messias
cujus est regni ius; & allegat ad probationem sententiae suaæ
Targum Onkelos; Et addit, sceptrum de tribu Iuda non defectu-
rum à tempore Davidis & porro. IV. Contradicit etiam ve-
tustiori R. Moysi Haddarshan, & Bereschith Rabba majori, sicut
à Galatino allegatur. V. Item Cabalistæ observationi,
quæ ex Baal arbaturim ascripta est Bibliis Venetis, בְּאֵשֶׁת
per Gematria seu ἰσογραφίαν πώσεις: Utrobiq; enim in nume-
ris est 358. VI. Oppono etiam expositionem, quæ legitur
apud R. Bachai, fol. 73. Rectum est, ut hic versus (Gen. 49. v. 8.)
intelligatur de Iuda filio Iacobi, Versus sequens (nonus) de Davi-
de, Versus tertius (decimus) de Messia redemptore novissimo, &
hoc est, quod dicitur, usq; dum veniat silo, id est, filius ejus prodiens
de semine ejus. Et ratio, quod non dixit sed בְּנֵי, quia voluit
emphaticè subinnuere Filium, qui nasceretur אֲשֶׁר־אָשֶׁר אֲשֶׁר
ē secundina mulieris juxta consuetudinem omnium nascentium ē muliere,
juxta illud (Deut. 28. v. 57.) Et factum secundina ex euentu de
de medio pedum suorum. Et litera נ superaddita nominis silob, my-
sterium continet, & correspondet literæ נ finali in Nominе (יהוָה)
Et hac est filia Abrahami, eadēq; proprietas est Messia. Atq; cō-
respexit Propheta, quando quinq; encomia (tot enim in nume-
ris si-

ris significat ḥ) tribuit Messiae (Esaiae II. v. 2. 3.) Et requiescer
super eum 1. spiritus Iehovæ. 2. spiritus sapientie & intelligentie.
3. spiritus consilii & fortitudinis, 4. spiritus scientie & timoris
Domini. 5. Et odoratus ejus erit intimore Domini. Quia in tem-
pore Messiae erit abundantia prophetie, sapientie & scientie, &c.
VII. Oppono etiam autoritatem Talmudicam, cui simi-
liter refragari nefas est Judæis. Lib. Sanhedr. cap. Dinema-
monoth allegatur à Talmud hic locus, & sceptrum exponitur
per Capita Captivitatum in Babel, Scriba exponitur per Prin-
cipes in terra Israël post captivitatem Babyloniam. Ergò non
terminatur hoc vaticinium in temporibus Davidis; quod
somniauit R. Abraham. VIII. Deniq; oppono vetustū testi-
moniū in Echa Rabiki, p. 68. ubi nomen Messiae dicitur es-
se Siloh ex Gen. 49. v. 10. His omnibus vetustis interpretatio-
nib; qua tandem fronte ausus est Rabbi Abraham suam no-
vitiam opponere, cùm illæ pleræq; Judæis sit authenticæ,
hæc verò etiam cum textu è diametro pugnet? Etenim
IX. Quomodo ante Davidem deficere poterat Sceptrum
Juda, cùm nondum penes eam tribum fuisset? Nam Da-
vid primus rex è tribu Juda fuit, Judices priores ex aliis tri-
bus, ut fatetur R. Bachai in b. l. Et si maximè unus Otho-
niel (de quo non constat) fuisset, tamen falsū dixisset Jacob
in iudicibus subsequentibus, juxta hanc opinionem. Ine-
ptum certè planè est; ibi statuere finem sceptri, ubi pri-
mùm verè florere coepit.

II. Secunda exceptio est R. Joseph, quæ reperitur
etiam in R. Abraham & in R. Bachai sup. b. l. ut vox Siloh non
de Messia, sed de urbe Siloh intelligatur hoc modo: Non de-
ficiet sceptrum de tribu Iuda usq; dum veniat siloh, id est, Ieroboam
in Siloh ungendus: Vel, usq; dum intereat Siloh, post cuius deva-
stationem David regnum Israëliticum fuit consecutus. Fuisse au-
tem devastatam Silo, colligunt ex P. psalm. 78. v. 60. 68. Et ver-

bum *veniendi*, quando de sole usurpatur, significat *occidere*,
Resp. 1. Prior interpretatio insulsa est & vim facit textui.
2. Assumit etiam falsum, & historię sacrę repugnat. Nam
Jeroboam non in Siloh, sed in Sichem unctus fuit, *1. Reg.*
12. v. 25. 3. Neq; tum Sceptrum à tribu Juda fuit ablatum,
sed mansit etiam ultra regni Israëlitici finem. 4. Jam de-
monstratum est è priscis Doctribus, *Messiam*, notari voce
Siloh. 5. Pugnat hæc glossa cum scopo vaticinii. Quid enim
præclari esset, si apostasia *x.* tribuum hic prædiceretur,
cum hæc non ad benedictionem spectet, sed pena sit pec-
cati? At nemo non videt, voluisse Patriarcham hic ali-
quod insigne beneficium tribui Juda promittere. Poste-
riorglossa similiter multis modis impingit. Primo contra
eam valent omnia argumenta, quæ paulò antè contra pri-
mam exceptionem protulimus. 2. Ridiculè impingit in
Grammaticam. Ubi enim, obsecro, vox *Venienti* usurpa-
tur pro *Vastari*? Nam quod allegant phrasin וְאֶתְבָּשׂ וְאֶתְבָּשׂ ve-
nit sol, id est, occidit, magis etiam risu dignum est. Etenim
hoc nequaquam idem est ac *vastari*, *interire*, *desolari*; sed est
locutio sumpta à motu solis, qui cùm à vertice inclinat ad
occasum, videtur propriè accedere ad terram. Sed quid
hoc ad *vastationem*? Quid soli cum urbe Siloh? Enim verò
indignæ sunt nugæ istæ, quibus bonæ horæ perdantur.

III. Tertia Exceptio reperitur apud Bachai, & fre-
quentis est hodiernis Judæis, quæ negat statui hic terminū
adventui Messiae, sed tantum doceri, quid post adventum
ejus futurum sit, hoc sensu: *Non auferetur sceptrum de Iuda in*
eternum, QUANDO venerit Messias. Idq; probant ex *Targum*
Onkelos, & ex particula יְהִי quæ etiam *eternitatem* significet,
& tertio ex *accentu Iethib* in voce יְהִי, qui retrospicit ad pre-
cedentia. Ideoq; ajunt dividendas esse has duas voces יְהִי &
יְהִי, non coniunctim sumendas. Resp. O'udev ūyès. 1. Particu-
la יְהִי

la וְ significat interdum Aeternitatem, quando absolute ponitur extra constructionem, aliás significat Donec, usq; ad, vel usq; dum. At v. hic non absolute ponitur. Quare hic significat Donec, usq; ad, vel dum. 2. Hoc testantur præter Accentum Athnach Pausantem, qui immediatè antecedit, omnes ceteri Interpretes, quotquot à me visi sunt. Nam Targum Onkelos, (quod per crimen falsi mutilatè allegatur) sic exponit, וְ וְ וְ usq; dum venerit. Targum Hierosolym. זֶה זֶה זֶה usq; ad tempus, quo venerit. Targum Jonathæ זֶה זֶה זֶה usq; ad tempus, quo venerit. Sic & Græci, εώς ἦν. Sic & ipse Bachai in præcedentibus exposuerat per אֲשֶׁר עַד usquequā. Sic R. Moses Hadarschan & Bereschith Rabba, allegante Latino. Sic Bereschith Ketanna duobus distinctis locis. Sic Rabbi Salomo Iarchi. Sic Rabbi Abraham Aben Ezra, Sic R. David Kimchi in lib. Schorashim. His profectò autoribus standū est, cùm ii nitantur Chaldaica paraphrasi, à qua discedere Judæis non est concessum. 3. Particula וְ non reperiatur in absoluta significatione ante particulam זֶה, sed ambae conjunctim significant Donec, vel usque dum. Sic Gen. 26. v. 13. קָרְבָּן עַד כִּי-חַדֵּל id est: Et crescebat, usq; dum auge sceret valde. Sic Gen. 41. v. 49. הַרְבָּה פָּאָר עַד כִּי-חַדֵּל לְסֶפֶר id est: Multum valde, usq; dum cessaret numerare. Ostendant verò Judæi saltem unum exemplum, ubi hæc vox cum particula זֶה conjuncta, Perpetuitatem significet, in universis Bibliis. 4. Quod verò nōnulli Judæi accentum Iethib allegant, næ produnt insignem ruditatem. Ipsi enim Hebræi Grammatici docēt, Jethib accentum pausantem non esse, Athnach verò principale pausam esse omnibus accentibus posteriorē, excepto solo Siluc seu Periodo. Jam aperi oculos Ju dæ, & videbis Athnach (pausam, quæ constituit medium versiculi, & præcedentia à sequentibus dividit) proximè ante particulā וְ Ecquomodo ergò hæc particula abscissa

per Athnach, potest præcedentibus conjungi? 5. Ac ut intelligas pleniū inscitiam tuam, producam alia loca, è quibus discas, accentum Jethib hanc vim nequaquam habere, ut post Athnach, vocem cui subscribitur (& nominatim vocem יְהִי:) præcedentibus conjugat, & æternitatem significet; sed potius videas, vocem יְהִי cum Jethib, post Athnach, (imò & post accentus distinctivos minores) pertinere ad sequentia, & significare Donec. Vide Exod. 23. v. penult. Iudic. 4. v. ult. 1. Samuel. 22. v. 3. Ruth. 1. v. 13. Exod. 23. v. 9. Item similem locum Exod. 32. v. 33. § 6.

IV. Quarta Exceptio paucorum est, qui per silo intelligent Nebucadnezarem, & derivant vocem à mijit q. d. Mitendum. Resp. 1. Impingit hæc etymologia in Grammaticam. Nam in voce silo, est He, at in radice חֵת est Cheth, quæ literæ non sunt invicem permutabiles. 2. Scopus Patriarchæ est, promittere beneficium tribui Juda, at Nabuchodonosor poena fuit. 3. Refutant hanc glossam tres Paraphrases Chaldaicae & cætera testimonia suprà ad except. 1. allata. 4. Talmud lib. Sanh. c. 1. extendit Sceptrum & Scribam, etiam ultra redditum ex Babylonica captivitate, ad duces & principes in terra Istrael. Quare non potest hic intelligi Nabuchodonosor. 5. Targum schir haschirim testatur, scribas etiam in ipsa captivitate Babylonica viguisse cap. 6. v. 1. Quare non defecerunt adventu Nabuchodonosoris.

V. Quinta Exceptio legitur in R. Bachai, § 5 in R. Moses Gerundenst, qui inter cætera respondent, intelligendum hoc de Iure domini, quod penes tribum Judam repositum fuerit, etiamsi de Facto sæpe ablatum sit, ideoque optimè consistere vaticinium etiam hoc tempore exilii, quia restituendum sit tribui Juda. Resp. 1. Hæc est manifesta depravatio textus, qui de ipso Facto & Exercitio loquitur, non tantum

tantum de Iure: Non auferetur, vel non recedet, id est,
nunquam fiet, ut dejiciatur tribus Iuda de hoc suo privilegio,
usque dum venerit Messias. 2. Patet idem ex tribus Chalda-
cis Paraphrasibus, quæ Sceptrum exponunt non de מלך id
est, jure regni, sed de ipsis regibus ac principibus actu dominanti-
bus, utuntur emphaticis verbis יְהוָה amoveri & פְּנֵי cessare,
desicere, desinere esse, Non desinent esse reges ac principes:
Non removebitur faciens i.e. exercens dominium, בְּבִין שָׁוֹלְטָיו,
quæ vel sola phrasis commentum illud refellit. Hactenus
Exceptiones ad Propositionem Assumptionem oppugnant sequentes.

VI. Sexta, negat sceptrum ablatum esse à tribu Ju-
da, intelligit enim per sceptrum, Afflictionem, humiliatio-
nem & exilium. Resp. 1. Pugnat hac expositio cum scopo
totius vaticinii, qui est describere prærogativam & maje-
statem tribus Juda. 2. Id quod ostendit vox sequens Me-
chokek, quid enim per Mechokek intelligent, si perschebet
intelligere volunt afflictionem? 3. Ingero hic rursum Pa-
raphrases tres Chaldaicas, quæ exponunt sceptrum Dominii
& potestatis: Onkelos Habens potestatem מֶלֶךְ, quæ vox
majestatem denotat, unde etiam nūm Sultanī Arabicè &
Turcicè appellantur. Jonathan & Hierosolymitanus Re-
ges & principes: Talmud l. alleg. Capita captivitatum &
principes: R. David Kimchi, Princeps & dominator, qui are-
ges sceptrum manu gestare solent, lib. schorasch. Græci LXX.
אַפְּחָוּ. Aquila αὐτοποιός Bereschith Rabba(allegante Galat.)
Confessorum summum Gazith. Sic etiam R. Salomo in Gen.
49. & in glossa super Talm. lib. Sanhedr. c. 1. de Principi-
bus exponit. Sic R. Abraham, sic R. Bachai, sic Bere-
schith Rabba inquit, sceptrum hoc esse אַמְּלָכָת מֶלֶךְ מֶלֶךְ solium
regium, &c. Huc accedit benedictio Mosis Deut. 33. v. 7. qua
victoriā, & præminentiam tribui Judæ assignat.

VII. Frequent est & hæc hodiernis Judæis respon-
sio, ut

no, ut cōcedant, durate sceptrum & dominium suum actu
usq; ad adyētum Messiae, adeoq; adhuc superesse sibi illud
gloriantur penes decem tribus, in Scythia ultra mare Ca-
spium, in nescio quibus absconditis regionibus, quas disti-
tant discriminari à nostratis per fluvium Sabbathicum.
Ideoq; nil mirum putant, quod Messias nondum venerit.
Venturum autem ex illis regionibus. Vide Ramban in
Num. 11. & Eliam Levitam in Tisbirad. Sambation. Resp. sua-
ves nugæ! οὐ γὰρ ἐν ὑποβολῇ Πᾶτερα κύριον ἀρέσει μαντοῖς εἰσαι. Talibus
somniis digni sunt, qui amant mendacium præ verita-
te. 1. Si illic penes decem tribus est sceptrum, quid hoc
ad tribum Iuda? 2. Quis fando audivit de illa regione
& de fluvio Sabbathico? Pererratus est nunc universus or-
bis à mercatoribus & aliis, & tamen nemo quicquam de
illis felicibus dominatoribus neque de illo fluvio ejusque
miraculis cognovit. Facit quidem Josephus mentionem
Sabbathici fluvii suo tempore, facit & Plinius eodem tem-
pore, sed qui in Syria fuit, non in Scythia: isque hodiè non
amplius septimo die subsistit. 3. Si illinc prodibit Messias,
ergo falsum dixit Michæas, Bethleem et naſciturum in terra
Iuda. Vide obsecrò, qualis sit cohærentia: Messiam expe-
ctant è tribub. decem, qui eas reducat in terram Canaan,
& restituat Bethlhemam, ut in ea naſcatur. Αἴτιος δὲ τοῦ πατέρος
εἶπος δὲ τῷ δώματι τοῦ Ιησοῦ, Capra nondum peperit, & tamen hædus
ludit super tečto! 4. Talmud lib. Sanhedr. c. 11. tradit, Decem
tribus damnatas esse, & nullam partem habere in seculo venturo:
Quis ergo à Messia reducentur in terram Canaan? 5. Si ille
fluvius solo die Sabbathi est transnavigabilis, ergo nec
Messias eum transire poterit nisi die Sabbathi. Atqui hoc
Messiae non licet, teste Talmud lib. Erub. fol. 43. Quare Mes-
sias, ut maximè velit, nunquam tamen eos traducere po-
terit. Itaque frustra cum illinc expectant. 6. Si Israëlitæ in
illis

tanta felicitate illic vivunt, qui tamen rām enormiter in
Deum peccaverant, quæ obsecro causa est, cur Judæi qui
sibi *ιστόγγελοι* videntur, nondum impetrare tantam potue-
rint felicitatem? 7. Qui etiam sit, quod cū dicant, mul-
tos mercatores Christianos illuc navigare, & aromata pre-
ciosa asportare, nullas literas illi ad fratres suos his in re-
gionibus viventes mittant, & statum suarum rerum expo-
nant? Et quis Judæis hoc indicavit? Nam R. D. Kimchi
negat quenquam scire posse locum, ubi sint decem tribus,
super Ierem. 31. v. 15. 8. Contradicit hoc somnium Bere-
schith Rabbe, quæ docet potestatem illam principalem &
judiciariam intelligendam de Sanhedrin. Atqui Sanhe-
drin, teste eodem Talmud, institui extra terram Israël non po-
test. 9. Contradicunt etiam sibi Judæi in eo, quod ad
suum exilium applicant verba *Hoseas 3. vers. 4.* *Dies multos se-
debunt filii Israel SINE REGE & SINE PRINCIPALE &c.*
Quomodo ergo dicunt, adhuc se habere reges & princi-
pes? Si n. habent in nescio quibus Cimmeriis regionibus,
ergo in exilio suo habent, & sic falsum prædixerit Hoseas.
10. Quid verbis opus est? Ipsa annorum 1600. experien-
tia extortis ingenuam confessionem nonnullis. Sic enim
Zemach David in prefat. Causatertia (cur librum German
Davidis inscripsérim) est, ut cū legerint lectores magnificen-
tiā & potentiam Regum extraneorum & Caesarum, permo-
veantur ad orandum Deum, ut nobis restituat Principes nostros,
Quia in Exilio nostro non habemus regem, neq; principem. Sic
etiam Bachai in *Gen. 49. v. 10.* Nobis, inquit, hodie nullus est
Rex, & nulli Principes. Faceant ergo hæc vigilantium
omnia.

VIII. Denique ajunt, sceptrum de tribu Judæa longè ante Christi nostri nativitatem ablatum esse, siccirò
non posse constitui *ηράπτης* adventus Messiae, etiam juxta

C nostram

nostram sententiam. Resp. 1. Hæc responsio non tam nos
oppugnat, quam ipsum scripturæ texum. Ille enim ~~di~~^{exponit}
affirmat, *sceptrum non Ablatum iri, usque dum, vel ju-*
xta Targum, usque ad illud Tempus, quo venturus est Messias.
Transigant ergo cum Patriarcha Jacobo, non nobiscum,
si hoc nolunt credere esse impletum. Notari autem potest,
quomodo hæc exceptio hypothesis assumat priori exce-
ptioni planè contradictoriā. 2. Falsum esse Judæorū effa-
tum, non difficulter ex ipsorum met libris ostendi potest.
Etenim sub captivitate Babylonica sceptrum non defecit,
neq; Legislator, nisi Talmud suum mētiri velint, (quod ta-
men ut sacrosanctum colunt.) Illud enim agnoscat, Sce-
ptrum fuisse penes exiles in Babylone, & penes reduces in
terra Istraël, loco sup. alleg. his verbis: *Non recedit Sceptrum de*
Iuda: Hæc sunt Capita exulum in Babel, que dominantur in
Istraëlem sceptro. (addit R. Salomo, per concessionem &
facultatem regum Persicorum) Et Mechokek de medio pedum
eius: *Hi sunt filii filiorum Hillel, qui docent Legem.* (addit glo-
sa R. Salom. qui fuit princeps in terra Istraël, intellige, Sy-
nedri seu Consistorii magni, post captivitatem Babylonici-
cam) Præterea *Targum Hierosolymitanum in Cantic. 6. v. 1.*
air, Sanhedrin migrasse Babylonem, & Deum per illud gu-
bernasse populum suum. Idem repetit & approbat R. Salo-
mo in *Comment. Genes. 49.* Et si verum dicendum est, majo-
rem majestatem & dignitatem sub exilio Babel in Daniele
eiusque sociis, itemq; in Joachin, experta est tribus Juda,
quam ferè in omib; præcedentibus regibus in ipsa terra
Istraël. Præfatus enim fuit Daniel universo Imperio Baby-
lonico, *Dan. 2. v. 48. & c. 6. v. 2. 3. 4.* usq; ad solutionem ca-
ptivitatis, *c. 6. v. ult.* idémq; suos socios ad honores evexit,
Dan. 2. v. 49. Joachin rex è carcere eductus omnibus cæte-
ris regibus prælatus fuit, *Ier. 52. v. 32.* Quamobrem non po-
test hæc dici sceptri ablatio.

Porro

Porro nec sub Asmonæis seu Maccabæis sceptrum ablatum est. Etenim annis 40. ante excidium Hierosolymitanum (circa tempus præfecturæ Pontii Pilati) ablatum denum fuisse sceptrum à tribu Iuda, *Talmud Hierosolymitanum* docet, lib. *Sanhedr.* Quando scilicet adempta sunt Synedrio judicia animarum, atq; id migravit è suo palatio Gazith in obscurum locum Hamith. Tùm enim exclamavit R. Rachmon, *Venobis, quia ablatum est sceptrum de Iuda,* & filius David nondum venit! Idem fere legitur in *Talmud Babylonico*, lib. *Sanhedr. cap. Hassodekin*. Eodem etiam tempore cessarunt miracula Templi, teste *Talmud Babylon. lib. Ioma, cap. Terephbecalpi*. Quòd si quis contendat, sceptrum fuisse penes Maccabæos, tamen id saltem concedere cogetur, *Mechoket non defecisse*, qui quidem in *Sanhedrin magnus usq; ad Herodis tempora*, & amplius usq; ad tempora passionis Christi, perduravit. Atq; sic alternativè seu disjunctivè Vaticinium Jacobi intelligendum fuerit. Aut, si quis contendat, omnino copulativè accipiendum, de manu simul & *sceptro & Legislatore*, nihil officiet, cum & ipsi Sanhedrin tribuatur thronus regius *Ps. 122. v. 5.* & *Præses synedris* indicatur *¶¶ i. e. Princeps 2. Paral. 19. v. 8.* in historiis verò Judæorum *¶¶* eodem sensu, qui quidem semper è familia David fuit, testibus passim historicis Judaicis, ut & ceteri Assessores, proeul dubio ex constitutione Davidis, ut colligitur ex *Ps. 122. v. 4. 5.* Summam verò potestatem synedrio huic fuisse testatur liber sedet Olam, & hujus rei exemplum luculentum proponit *Iosephus lib. 14. antiq. c. 17.* & *lib. 15. c. 1.* & *Ioseppus Hebraicus*, in Herode filio Antipatri Juðææ præsidis. Atq; hæc quidem potestas ab Herode sublata fuit, occisis omnibus Judicibus synedrii, *Talmud lib. Baba bathra cap. Hassutaphin*, & *Ioseph. lib. 15. c. 1.* Restituta tamē in novis Judicibus, tandem annis 40. ante Templi extre-

mum excidium, prorsus sublata à Romanis fuit, velut jam dictum. Hæc contra Judæos perspicua sunt, & sufficiunt ad demonstrandum ex ipsorum met libris, quomodo tempore ministerii Christi, omnis potèstas principalis & judicaria, à tribu Juda ablata sit. Alioquin si inter Christianos ventiletur, quomodo eventus huic Vaticinio respondeat, res non caret difficultate, si solos Historicos Latinos & Græcos adhibere voluerimus. Desudavit quidem vehementer Pererius in Comm. Genes. atque accuratè examinavit omnes Christianorum sententias, nondum tamen in omnibus adhuc satisfecit.

*Hactenus de loco Genes. 49.
in ceteris breviores esse studebimus.*

AD DOCTISS. DN. RESPONDENTEM

Fabrios Curiósq; graves mirata vetustas
Est olim, & funetos magno in honore habuit.
Te quoq; nostra alacrem, Fabrici, mirabitur
Ingenium perges sic coluisse tuum
Quod facis: ò quantum est, Naturæ dote valere
Naturæ dotes & studio excolere!

Amoris ergò F. præses

F I N I S.

EPELENCHVS
ELENCHORUM JUDAICORUM
SECUNDUS;

Continens refutationem Exceptionum Judai-
carum ad loca,

de

REGNO DAVIDIS, TEMPLO
Secundo, Loco Nativitatis Messiae, Hebdo-
madibus Danielis:

Institutus

à

CHRISTOPHORO
HELVICO, SACRARUM LITERA-
RUM, ET HEBRAEÆ LINGUÆ IN ACADEMIA
Giessenâ Professore publico:

QUEM,

Divinâ assistente gratiâ, sub praesidio ejusdem, defen-
dendum suscipiet


M. NICOLAUS Glock Halensis Suevus.

Habebitur publicè in aedib[us] Theologorum.



G I E S S Æ,
Excudebat CASPARUS CHEMLINUS,

ANNO M. DCXIII.



VIRIS,
NOBILITATE,
CONSILIO,
PRUDENTIA,
AUTHORITATE,
GRAVISSIMIS, AMPLISSLIMIS;
DNN. CONSULIBUS,
Caterisq; Inclytæ Imperialis Reipublicæ Ha-
lensis Suevicæ Assessoribus meri-
tissimis;

Patriæ Patribus dignissimus;
Dominis Mecoenatibus, Patronis ac Promotoribus
suis omni obsequiorum genere reverenter co-
lendis;

Συζητησιν hanc Theologicam,

*In Perpetuum singularis observantie & debite
gratitudinis testimonium submissè offert
& inscribit,*

M. Nicolaus Glogf/ Resp.



Appendix II.

ELENCHORUM JUDAICORUM,

Continens refutationem Exceptionum Judai-
carum ad loca,

DC

REGNO DAVIDIS, TEMPLO Secundo, Loco Nativitatis Messiae, Hebdo- madibus Danielis.

Exceptio ad loca de Regno Davidis perpetuo,
2. Sam. 7. Ps. 89. Ier. 33.1. Paralipom. 17. &c.



D hæc tam clara testimonia in specie nihil
respondere possunt Judæi, nisi quod in
Commentario R. Salomonis super Ierem. 33.
innuitur, hoc impletum iri exhibito demum
Messia. Idem reperitur in R. Abraham Aben-
Ezra super Ps. 89. Resp. O elumbem exceptionem! Sola in-
spectio & lectio verborum utriusque loci Ierem. 33. v. 17. 18.
20. 21. & Psalmi 89. v. 4. 5. 29. 30. 36. 37. 38. ad refellendam cam
sufficit. Nam tale est foedus Dei cum Davide quoad per-
petuationem, quale est Solis ac Lunæ, diei atque noctis,
cœli & terræ, ut habent clara verba: Atqui Sol & Luna
non incipient demum splendere, & motu suo diem atque
noctem, annos & menses distinguere, elapsis bis mille &
amplius annis à data promissione. Ergo neq; perpetuitas
throni Davidici tūm demum incipiet. 2. Huc affer alle-

gationem ipsius scripturæ, quæ idèò ait non extinctum es-
se regnum Juda, ne violaretur Promissio Davidi facta de
perpetuitate regni, 1. Reg. 11. v. 36. & 2. Reg. 8. v. 19. & 2. Par-
alip. 21. v. 7. Ergo promissio illa de regni Davidici perpe-
tuitate in ipso Davide incipit & porro in successores ejus
se extendit continuatione perpetua. 3. Rectè igitur Da-
vid Kimchi paraphrastice exponens hæc verba, scribit su-
per Jerem. 33. כָל זֹם שְׁתַחַת קֶיְמָת בְּרִיתֵי עַם שְׁמִינִית וְאַרְצֵנִית וְעַמִּים וְלִילָה תְּחִיה בְּרִיתֵי עַם זֹרֶעֶת יְעַקָּב לְהִיא נִיְמָת id est: OMNIBUS TEMPORI-
BUS quibus erit constans fædus meum cum calo & terra & cum
die ac nocte, erit etiam constans fædus meum cum semine Iacobi &
Davidis: Cum semine Iacobi, ut sit populus; Cum semine Davidis,
ut sit ex eo Dominator.

EXCEPTIO AD LOCUM
Hagg. 2. Malach. 3.

HÆc loca planè in alienum sensum detorquent Judæi.
Nam, ut ex R. Salomone & R. David, & R. Aben Ezra
dixerit, interpretantur Hagg. 2. non de Messia, sed per חַמְרָה
Desiderium Gentium intelligunt Bona & Thesauros preciosos, qui in
Templum secundum à Gentilibus allata & Deo cōsecrata fuerint.
Majestatem a Templis secundi, quæ primum superavit, interpre-
tantur tūm de splendore adificii, tūm de duratione. Nam, ut ipsi
quidem supputant, prior Domus stetit annos 410. posterior, annos
420. Resp. 1. Omnia hæc, una autoritas Talmudica pro-
sternit, quæ tradit, R. Akibam (spectata inter suos authori-
tatis Magistrum) exposuisse de Messia venturo in Domo
secunda. Quam cur rejiciant cæteri Talmudistæ, nullam
aliam causam afferunt, nisi quod non respôderit eventus.
At qui hoc est principium petere. Neque solum R. Akibam
sic exposuisse, sed alios quoq; veteres, fatetur ibidem in glossa
sua.

sua R. Salomon: Quare non est dubium , communiter e jesus
tempore hoc modo fuisse verba Haggai intellecta. Nostra
igitur interpretatio cum vetustis Doctoribus Ha brorum
consentit. 2. Accedit alterum Talmudi testimonium,
quod OMNES Prophetæ vaticinati fuerint de diebus Mes-
sia, lib. eod. Sanhedr. cap. eod. 11. Atqui nullum in Haggao va-
ticinium aliud de Messia reperitur, extra hoc. Ergo non
nisi de Messia intelligi debet. 3. Vaticinatur Propheta de
pace futura in Templo secundo. Atqui multò plures &
funestiores motus ac tristiora bella expertū est Templum
secundum quām primum, sub Ocho, sub Ptolemeo Lagi, sub
Philopatre, sub Antiocho Epiphane, sub Maccabaeis, sub Hircano,
sub Aristobulo, sub Hircano ultimo, sub Herode Magno, sub praesi-
dibut Romanis, & deniq; sub Vespasiano, ut constat ex histo-
riis. Quomodo ergo verum prædictit Haggæus , nisi hoc
intelligatur de Pace spirituali Messiae, ob quam princeps
pacis dicitur Es. 9. 4. Examinemus verò id quod obten-
dunt de maiestate & gloria Domus secundæ. Quod ad Æ-
dificii splendorem attinet, non jam afferam , quæ 2. Paral.
3. v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. &c. & 1. Reg. 6. de primo Templo scribun-
tur, quod intus ac foris purissimo auro obductum , & pre-
ciosissimis gemmis undiquaq; instructum fuerit; id quod
certè de Templo secundo nuspian legitur (imò potius fle-
verunt ii qui primum Templum viderant, cùm viderent
nullo modo splendorem Templi secundi pristino corre-
spondere, Hagg. 2. v. 4.) quantumvis postea ab Herode ma-
gnifice exornatum fuerit : sed afferam testimonium Tal-
mudicum, quod diserte afferit, Q U I N Q U E rebus Tem-
plum secundum inferius fuisse primo, lib. Sanhedr. Hierosol-
ymitan cap. Illu ben haggolin, his verbis: *Quinq; res defuerunt*
Sanctuario posteriori, que fuerunt in priori, & ob id Hagg. 1. deest
litera ו (nota quinarii) in voce וְאַפְכָרִי: Ha verò sunt quinq; il-

lares: Ignis / sponte sc. coelitus descendens super holocausta) Arca fæderis, Vrim & Thummim (dans responsa à Deo immediatè) Oleum unctionis & Spiritus Sanctus. (id est, donum Prophetæ per immediatum instinctum spiritus sancti, quem protinus cessasse dicunt post Haggæū, Zachariam & Malachiam in Midras schir) Idem legitur in Commentario R. Salomonis super Hagg. i. v. 8. & in Midras schir ha-schirim super Cant. 8. v. 8. & in lib. Talmud. Ioma, allegante R. Salom. Quod si igitur tam̄ preciosæ res defuerunt Templo secundo, quæ cum nullo auro aut argento conferri possunt, quomodo potuit, obsecro, augustius esse primo? Et tamen Haggæus hoc asserit. Quare nisi præsentiam Messias h̄ic intelligas, quā Templum secundum, licet primo aliquin inferius, longè illud superavit, à mendacio Prophetam non liberabis, vel potius Deum ipsum mendacii accusabis, qui apud Prophetam loquitur.

Quod verò attinet ad decem annos, quibus Templum secundum exuperare dicunt primum, ridiculum est; An enim Deus Cœlum & terram & mare & aridam & omnes gentes propter eā commovisse putabitur, quia decem annis diutius statutum esset Templum secundum primo? Nugæ! Anne tantoperè depraedata Gloria Domus secundæ, in nulla alia re quam decem annis consistet? Geræ! Quinimò id facit potius ad dedecus, quam ad gloriam. Certum enim est, multò foediùs contaminatum fuisse Templum secundum, quam primum, in famosa illa profanatione Antiochi Epiphanis: item à Pompejo, qui in sanctum sanctorum ingressus est: à Crasso, qui Templum spoliavit; à Cajo Caligula & ceteris usque ad excidium postremum.

Denique est & hoc in Malachia notandum, quod affirmat, Messiam venturum in Templum suum. Jam, cùm Tem-

Templum posterius vastatum sit , Messias verò ex hypothesi Judaica ex omnibus gentibus evocaturus sit Judæos & rediusturus secum in Palæstinam, quomodo venire poterit in Templum suum , quod vastatum est ? Nam et si ex Ezechiele ogganiant de ædificando Templo tertio (quod tam ipse R. Salomo in Comm. Talmud. lib. Sanhedr. cap. 11. fatetur intelligendum de ^{הַלְּבָן} מִשְׁלֵךְ יְרוּשָׁלָם לְעֹלָמָן Ierusalem cœlesti, velut ex ipso etiam Ezechiele cap. 45. & 48. colligitur.) Attamen nihil hoc facit ad quæstionem ; Quomodo venire Messias in Templum suum possit, quod non est ? Ut jam non repetam, quod ex ipsis quasi digitis Haggæus dicit, **H A N C I P S A M** domum POSTERIOREM, τοῦ ὀπίου τούτου διντοῦ τοῦ ὑστέρου; tribus imo quatuor pronominibus demonstrativis, templum secundum designans.

E X C E P T I O N E S A D L O C V M Mich. s.

Hunc locum sic depravant R. Abraham & R. David, ut non pro loco Nativitatis Messiae, sed solum pro loco Prosa pie accipiant, quia scilicet David ibidem natus fuit, hoc sensu: Parva es in millibus Iuda, & tamen patria es Davidis, è quo descendet Messias futurus Dominator in Israël. Et assuit R. David sequentia verba, ad infringendum nostrum Argumentum pro Messiae divinitate. Egressus ejus ab initio à diebus seculi, id est, prosapia ejus inde usq; ad Davidem refertur, è quo egressurus est, & dicit ab initio à diebus seculi, propter longitudinem temporis intercedentis inter Davidem & Messiam. Resp. i. Has impias nugas destruit vel unica autoritas Talmudica, cui refragari nefas est Judæis. Nam in lib. Berachoth Hierosolymitano, cap. 2. assignatur Bethlehem Juda nativitati Messiae, & historia narratur (fabella Judaica) quod natus fuerit rex Messias in Bethlehem, & nominatus מַנְחָמֶם Mnachem, id est, Cor..

Consolator eodē die quo Templum exustum fuit, matri tamen per violentiam quatuor ventorū ereptus, & nescio quō deportatus, ubi cōmorari debeat usq; ad tempus liberationis. Idē legitur & in lib. Echa Rabbi super Thren. i. v. 16. Quæ quāvis nugæ sint, tamē convincunt Judæos, Bethlehemam è prisorum suorum traditionibus, desumptis è loco Mich. 5. esse locum nativitatis Messiæ. 2. Quis autem non videt detortam deprivatum verborum, Ex te mihi egredietur Messias, id est, ex te mihi egressus est David, è quo descendet Messias? 3. Rectius R. Salomo interpretatus est locum his verbis: Et tu Bethlehem Ephratha, è qua egressus est David, juxta i. Sam. 17. Bethlehem quoq; appellata est Ephratha, (Gen. 48.) Parvula es, propter Ruth Moabitidem, que in te fuit. Ex te mihi egredietur Messias filius David, sicut ipse dicit, Lapis quem reprobarunt a dificantes, factus est in caput anguli. Et egressus ejus à diebus seculi, sicut dictum est (Psalm. 72.) Ante solem nō filiatur nomen ejus. Ubi rectè egressus Messia R. Salomo explicat per Psalm. 72. v. 17. quod A N T E S O L E M, & sic ante Mundum conditum fuerint, qua in re apertè refutat R. Davidem Kimchium. 4. Sed qualis obsecro est convenientia hujus phrasew̄s, Ab initio à diebus seculi, cum tempore inter Davidem & Messiæ nativitatem? An enim David fuit à Mundi initio? 5. Paraphrasin hanc significare ante Mundum conditum, & sic ab æterno, docet Proverb. 8. v. 23. 24. Neque est ut excipiat R. David, secuturum, quod ante Mundum conditum Jehova creaverit Messiam. Etenim hoc sequitur, si Messias ante mundum conditum fuit, ergo est æternus, ac verus Deus, quandoquidem ante creatum Mundum nihil creaturem est, nihi fuit, nisi solus Deus, Psalm. 90. v. 2. & Prov. 8. v. 23. & seqq.

Sed non est prætereundum, quod in quodam abstruso libro argumentantur contra nos ab eventu Prophetiæ objec-

objectantes, Messiam nostrum non dominatum fuisse unquam
Iudeis, ideoq; de eo huc verba intelligi non posse. Resp. 1. Ante-
quam nebulones digner responso, edifferant prius, quo-
modo verum dixerit Jehova apud Prophetas, promittens
Davidi solium æternum sicut dies coeli? Necesse est, im-
pletum fuisse & adhuc impleri verbum, quod ipse Jehova
interposito firmissimo juramento promisit. Atqui illud
non impletum est in regno & solio corporali aut externo.
Ergò, nisi Deum mendacii velint arguere, coguntur con-
cedere, alio modo spirituali in invisibili & cœlesti throno
id impletū esse & adhuc impleri. 2. Jam discant è suis met
Doctoribus, quod omne negocium ad Messia regnum pertinens
fit אלהי וְנַשְׁתָּה, divinum & non corporale, ut expressè
scriptum extat in lib. Nezach Israel Cabalistico, cap. 34. p. 48.
Habent ergò responsum è suis met Doctoribus, ne que at-
tinet, nos pleniū ipsis hoc exponere, cùm sint canes &
porci, quibus non sunt projiciendæ margaritæ, usq; dum
caninum ingenium exuant.

יבנֵי שָׁם יְהוָה אֱלֹהֵינוּsequi
in magnificentia nominis Iehovæ Dei sui. Ergò Messias habet
Deum, & sic non ipse est Deus. Reponimus primò id quod o-
lim Christus Ioh. 10. v. 34. Si Magistratus, homines meros,
dignatur Deus tam sublimi nomine, אלהי, in Psalm. 82.
quomodo blasphemia erit, cum appellare Deum verum,
qui est naturalis Filius Iehovæ Ps. 2. v. 7. 2. Ingerimus ini-
piis oribus verba sui Doctoris R. Ioseph Albo in lib. Iccarim,
quæ allegavimus elenco 7. class. 3. (in qua classe per erro-
rem Typothetæ post lit. T. 2. duo integra folia inserta sunt,
pertinentia ad Classem 7. id quod monere volui, ne quis
ob non-cohærentiam offenderetur) Nomen Messia (inquit
ille) est, Iehova justitia nostra, eo quod sit לֶךְ יְשָׁמֵךְ Mediator
Deus, per quem asequemur justitiam à Deo, &c. Cum hoc igi-
tur

tur Rabbino Judæi transigant, neque opus nobis ulteriori
responsione.

Amplius ibidem latrant, sequi v. 3. Messiam habere fra-
tres, יְהוָה אֶחָד וְיֵתְרַ אֶחָד: At qui de Deo dici non potest, quod habeat
fratres, Ergo Messias non est verus Deus, aut noster Messias, quem
pro Deo habemus, non est Messias hic descriptus. Resp. Ineptias
has non opus refellere. Sufficit ex propriis suis libris eos
refutari. Sic enim scriptum extat in lib. vetusto Mechil-
tha fol. 12. col. 1. R. Chanina filius Hahnus dixit super verba
(Exod. 14. v. 15.) Quid clamas ad me? inquit Iehova. Annon scri-
ptum est (Prov. 17. v. 17.) In omnitempore amat amicus, & frater
angustiam nasceretur? Hic est Deus sanctus benedictus, qui dicit,
Frater ego ero Israeli in hora tribulationis ejus, sicut scriptum est
(Psalm. 122. v. 8.) Propter fratres meos & amicos meos, loquar
nunc pacem inter nos. Præterea, in Midras Tillim super Psalm. 4.
fol. 5. col. 4. Dixit R. Simeon, Caro & sanguis si habeat propin-
quum, qui diversus est, confitetur (vel agnoscit) eum: Deus autem
sanctus & benedictus non ita agit, sed quum Israëlitæ maximè in-
angustia sunt, tum vocat eos propinquos & Fratres, sicut dictum
est (Psal. 122. v. 8.) Propter fratres meos & amicos meos &c. Et
fol. seq. Dixit R. Aben in nomine R. Acha, Deus sanctus eduxit
Israël captivum & deprudatum, & tamen non erubescit eum fa-
teri propinquum suum, sicut scriptum est (Psal. 148. v. ult.) fi-
lius Israël populo propinquus suo. Similia leguntur in Midras
schir super Cant. 8. v. 1. Quis dabit te ut fratrem mihi? Hæc enim
verba de Deo sancto & benedicto exponuntur, qui hoc
modo alloquatur Israëliticum populum, & in Targum seu
Paraphrasi Chaldaica tribuuntur Messiae. Quare si vera
dicunt hi Commentarii, Messias est frater Israëli & simul
est Deus sanctus & benedictus Mendacium igitur est, quod
annectunt in lib. antea alleg. שְׁמַלְתָּה אֲחִים לֹא יָצַק כָּל אֶלְעָגָם id est, dictionem FRATER nullo modo unquam
posse stare cum divinitate.

Sed

Sed nondum finis exceptionum. Quomodo, ajunt, ver
rum est de Messia Christianorum, quod v. 4. dicitur, eum domina-
turum יְהִי אֶלָּמָד עַד ad fines terra, cām doctrina ejus non
fuerit propagata seu extensa nisi post aliquot secula, tempore sc.
Constantini? Nam interē credentes in eum fuerunt exagitati, di-
vexati, angustiati & excruciatī a ceteris religionibus, mirum in
modum. Imo usq; in hodiernum diem nondum consenserunt omnia
regna in ejus doctrinam, ut in Persis, Ismaēlitis &c. videre
est. Resp. Si stultitia tua Judaica legisset Esaiae 53. vers. 1.
2.3. tūm intellexisset, paucos admodū ab initio, præser-
tim inter Judæos, futuros, qui in eum crederent, sed ple-
rosque offensum iri miserabili ejus specie. Quod si Esaiae
credere recusal, saltem tuo Rabbi Isaac Arama, magnæ in-
ter tuos autoritatis Magistro, crede, qui sic scribit in lib.
Akidath Isaac super Genes. 47. Verbum Dei est nuncius ejus.
De quo scriptum est, Profectò tale est verbum meū, qualis est ignis,
inquit Deus. Et hoc est quod scriptum legitur: Veniet verbum
tuū, & honorificabimus te. Utq; cūm venerit verbū Dei, quod est
Nuncius Dei, tunc honorabimus eum. Dixit R. Saul: Nonne ve-
nerunt Prophetæ, & occidimus eos? Quomodo ergo nunc recipie-
mus verbum ejus? aut quamobrem credemus ei? Respondit R. Sa-
muel: Quoniam sanabit eos, & eripiet eos à plagiis eorum. Propter
hoc signa credemus ei, & honorabimus eum. Dixit tunc illi: Qua-
re non dixit, Mittit verbum suum & sanabit Nos, sed dixit eos;
Respondit: Ideo quoniam loquutus est de ALIQUIBUS dunta-
xat, non autem de omnibus. Quia hoc est secundum proprietatem
Hebrei sermonis, in dictione Eos. Et dixit illi: verum certè dixisti.
Nam Verbum ejus venit ad sanandum omnes in universum, non
tantum Aliquos. Sed non fuit receptum nisi ab aliquibus particu-
laribus, qui censemebantur inter omnes CRASSIORIS INGENII,
viri PISCATORES, exercentesq; se in mari. Et hoc est, quod scri-
ptum legitur: Concedentes mare naribus, facientes opera in a-

qui magnus, Ipsi viderunt opus Dei. Illi profecto si recte consideres, non videbantur apti posse admittere quicquam intellectivum, ob ruditatem sensus eorum, & ipsi tamen reperant veritatem propheticę & visionis, quoniam crediderunt verbo eius. Et hoc est quod scriptum legitur: Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad justitiam. Hæc Rabbi ille, differens de Adventu Messia, qui post Prophetas vetus sit, quique sit. Verbum Dei & nuncius Dei, & tamen in eum non sint credituri nisi pauci plebeii, viri pescatores &c. per quos qui non videt intelligi Apostolos & publicanos, coecus sit oportet. Recognoscant etiam verba R. Salomonis paulò superius adducta, quibus verba Psal. 118. (*Lapis quem REPROBARUNT adificantes*) perspicue de Messia exponit. Porro paulò anteà Judæos docuimus, regnum Christi non esse mundanum, sed cœlestē ac spirituale. Itaque nihil necessè est, eum à mari ad mare extendere dominii terreni terminos.

Deniq; etiam hoc objectant quod v. 8.9. dicitur de Reliquiis Jacob futuris inter Gojim sicut Leo inter oves, diripiens & conculcans, & discerpens, ita ut omnes hostes & omnes inimici Israëlitarum extirpentur. Hoc enim nondum impletum esse ajunt, implendum autem esse adhuc in Iudeis. Resp. Hic promicat sanguinarius Judæorum affectus erga nos, quos omnes sperant & optant tandem aliquando à se tanquam à Leonibus oves dilaniari, discerpi, occidi, & miserabiliter extirpari; idq; stolidi homines à Micha prædictum somniant. Sed debebat Magistratus Christianus animadvertere in nefarios hos nebulones, & re ipsa docere aliam expositionem, quam ingrati serpentes abusi nostrâ patientia, pro beneficio victimæ & tutelæ, contra nos haec tenus meditati, si non etiam machinati, sunt. Alias non dignamur eos alia responsione, nisi ut discant à suo *Rambam in More Nebuchim*, eos esse stultos, qui Prophetarum prædictiones simplieri-

pliciter juxta literam & corporaliter velint intelligere,
part. 2.c. 29.

EXCEPTIO AD LOCUM

Daniel 9.

VARIAS h̄ic Judæi exceptiones, sibi invicē planè contrarias confinxerunt. Potissimas recensēbimus addita refutatione.

Primum R. Salomon sic pervertit: Septuaginta septima. nā definitae sunt super Ierusalem, à primi Templi ruina sub Zedekia ad ultimam illius destructionem, post quam consummabitur prævaricatio Iudeorum & peccata finem accipient, ut mundati ab iniquitatibus mereantur adductionem justitiae sempiternæ & unctionem sancti sanctorum, id est, Arca & aliorum vasorum Templi. Quæ omnia per manum Messie fient. Ab egressu verbi, id est, per virtutem verbi, quod ab exordio precum ejus à Deo egredsum fuerat, ut illud ei nunciaret, scire Daniel id poterat quod per dictum verbum indicabatur. Nam tempus à destructione Ierusalem usq. ad Messiam, id est Cyrus, sunt hebdomades 7. Et post hebdomadas 62. excindetur Messias, id est, Rex Agrippa, qui Iudeorum rex erit eo tempore, quo Vespasianus Hierosolymam evertet. Et confirmabit sc. Vespasianifilius pactum multis sc. Iudeis, verruntamen non servabit, sed in medio septimanæ fidem violabit, & abrogabit sacrificia & oblationes. Quæ desolatio ita permanebit usq. ad adventum Messiae.

In hac interpretatione plurima vitia sunt. 1. quod consummationem peccati & cætera, rejicit ultra finem septimanarum, post excidiū Hierosolymorum, cùm tamen omnia ante excidium intra spaciū illarum complenda fuerint. Nam textus ait septimanas istas definitas, sed determinatas esse ad consummationem prævaricationis, ad-

ductionem justitiae. Et quām quæso ridiculum est, Deum certum terminum constituisse & præcisè annos 490. di numerasse, ut post illos annos seu post illum terminum, Judæi in incertam expectare debeant Messiam post multa demum secula nemini cognita, venturum? Cui bono ergò dinumeravit illos 490. annos? Quid inde certitudinis redundat ad miseros Judæos? Nugæ! 2. quod summationem peccati Judæorum ait per præsentē captivitatem futura esse. Nam, præterquām quod hoc est assumentum Rabinicum, quero quale peccatum id sit? anné in primo templo commissum, & tūm contradicit Ezech. c. 18. nègans patrum peccata portare filios, nisi eadem patrent, ut exponit Jonathan Chaldaeus Ex. 20. v. 5. at verò Judæi posteri non exercuerunt idolatriam primi Templi: Aut erit peccatum in secundo Templo commissum, & sic Deum injurium quām maximè faciunt, qui nefandam idolatriam & cædes Prophetarum in primo Templo puniverit solum 70. annis, & insuper prophetas & alia plurima beneficia in ipsa captivitate concederit, cùm nihil eorum in hoc tām diuturno Exilio habeant in peccato leviori. 3. Quomodo Arcam reducit R. Salomo, cùm tamen Ierem. c. 3. v. 15. neget memoriam fore Arcæ, aut ullam ejus rationem habitum iri? Præterea R. Moses bar Nachman Gerundësis, persanctum sanctorum rectè intelligit Messiam, ut & R. Leib ben Gersom. 4. Particulam וְאַתָּה A, denotantem terminum à quo, pervertit in paticulum Per, בְּרֵבָה מִזְבֵּחַ ab egressu verbi q. sonet, per egressum verbi. Atqui ipse Angelus se explicat adjungens immediatè terminum Ad quem, שְׁנִי עַד: 5. Quod per Ducem Messiam, intelligit Cyrum. Contrà. Angelus dicit, ab egressu verbi de Restituenda Ierusalem ad ducem Messiam, sunt anni 49. At R. Salomon, à destruccióne prima

ne prima Ierusalem ad Cyrus ducem, sunt anni 49. Quis
non videt hæc esse contraria? à restituzione, & à destruccióne?
Deinde, longè ante Cyrus completi sunt 49. anni
juxta Talmudicam supputationem in lib. Megilla, cap. Me-
gilla nikreh. Nam ibi dicitur, Nabuchodonosorem re-
gnasse 45. annis, ex 2. Reg. 24. vers. 12. & cap. ult. vers. 27.
Igitur à destructione Ierusalem regnavit annos 27. (Nam
anno 19. cepit Hierosolymam, 2. Reg. 25. v. 8.) Evilmero-
dach post eum 23. annos, juxta traditionem Talmudicam,
En habes annos 50. Et nondum regnaverat Balthasar neq;
Darius Medus, post quos demum sequitur Cyrus. Quare
ante Balthasarem jam completi erant anni 49. ac proinde
terminus eorum non potest statui in Cyro. 6. Poculo te-
mulentiae dementatus R. Salomo, ex Messia quem jam Cy-
rus finxerat, statim v. seq. veluti in Comœdia permutans
personas, facit Agrippam, quæ est libido non ferenda. Ut
non dicam, Iosephum & Iosippum ambos Hebræos histori-
cos in faciem contradicere. Testantur enim, Agrippam
cum Romanis durante toto bello, confederatum fuisse,
& à seditionis Judæis fecisse secessionem. Et Iosephus Gra-
cus, qui sub Domitiano scripsit longè post bellum Judai-
cum, affirmat se commentarios suos legendos obtulisse
Agrippæ. Ergò supervixit excidio Ierusalemico. Photius et.
jam è Iusto Tiberiadense refert, Agrippam vixisse usque ad
annum tertium Trajanæ. 7. Falsum planè dicunt de Tito,
quod foedus violaverit & fidem fregerit. Legatur Iosippus
p. 266. edit. Basili. prioris, & p. 126. edit. poster. & p. 129. edit. Cracov. Et Iosephus ben Gorion p. 127. edit. Cracov. qui ambo ex-
pressè, hoc mendacium refutant. Sunt a. hi libri Hebraicè
scripti, & à Judæis magni fiunt, ut jam testabitur R. Levi.

Secundò. R. Levi paulò aliter interpretatur, in
hunc modum: Ultra 490. annos non debuit durare Tem-
plum

plum secundum, id quod Angelus Danieli notificare debuit, ne putaret perpetuò mansurum, sed ut cognosceret per venturam, captivitatem diuturnam peccata Israelis finem acceptura, & ipsum meritum justitiam aeternam, qua est Messias, cuius adventu visio & prophetia cunctis implebitur. Ab egressu verbi de instaurazione Ierusalem usque ad Messiam ducem, id est, Sacerdotem magnum, qui est Iehosua, anni 49. Nam a destructione prima tot anni affluxerunt. Et licet plures anni sint, eos tamen non curat Angelus, cum id Danieli jam ante notum esset. Et post septimanas 62. occidetur Messias, id est, sacerdotio finis imponetur a populo ducis Romani Titi: qui confirmabit pactum multis septimanis unā, id est, suadebit Iudeis promissa pace, ut reddant tributum Romanis & ne caussam dent ruinæ civitatis ac Templi. Nam non assensus fuit Titus destruētiōni civitatis & templi, ut Historie nos edocent. Et propter abominationes Manassim & aliorum regum, dux iste desolans erit, quousque Israel ultimā desolatione desolans. Hæc R. Levi.

Resp. In multis cum R. Salomone convenit, quæ proinde è superioribus refutantur. In eo dissentit, quod per Messiam ducem intelligit sacerdotem magnum, nempe Iosuam, cum tamen in Sacra scriptura regia & sacerdotalis dignitas nemini nisi Melchisedeco & Messiae tribuantur: neque etiam unquam Josua princeps aut dux fuisset legatus, sed Zorobabel & Nehemias. Postea rectè quidem de eodem Messia exponit sequentia verba, occidetur Messias, sed non advertit, hoc contra ipsum facere, quia factetur, divina autoritate sacerdotium esse abrogatum, id que ultima destructione. Sed quænam caussa est, ut tam studiosè hi Rabbini quidvis aliud per Messiam ducem intelligere malint, quam verum promissum Messiam, Davidis filium? Agnoscent & fatentur vers. 24. Septimanas

manas 70. determinari, ut adducatur justitia sempiterna & Messias promissus adveniat. Et tamen evestigio mutata sententia, per Messiam, vers. sequenti 25. 26. *nat' ē ξοχν* signanter expressum, nolunt verum Messiam intelligere; sed eo longè ultra determinatas septimanas in plurima incerta secula rejecto & semoto, potius arripiunt vel Cyrum, *ut R. Salomo*, vel Jehosuam sacerdotem, *ut R. Levi*, vel Nehemiam, *ut R. Abraham Aben Ezra*, vel Regem Agrippam, *ut iterum R. Salomo*, vel Regem Darium, *ut R. Saadia Gaon*, vel Zorobabelem, *ut alii*, vel omnes reges Judæorum, *velut iterum R. Abraham*. Quæ prodigiosa inconstantia satis coarguit malitiam Judæorum, qui contra conscientiam malunt quemvis alium quam verum Messiam, pro Messia agnoscere, ne cogantur fateri, Messiam jam venisse, & occidi debuisse.


Cæterum plerique omnes Rabbini initium septimanarum constituunt in excidio primo Hierosolymorum, contra manifestum textum. Quos recte objurgat R. Abraham, ajens hanc interpretationem non habere neg. odorem nec saporem. Ac miratur, quomodo connectere præsumant templi desolationem & ejusdem perfectionem in numerum unum. Et tamen ex hac falsa hypothesi manavit Talmudica traditio, de duratione Templi secundi, annorum 420. Deme enim 70. de 490. & relinquuntur anni 420. quibus post finem captivitatis illud Templum stetisse volunt: ut videre est apud Saadia Gaon super Dan. 9. & in Seder olam, & in Iuchasin.

Porro in abstruso libro, cuius feci mentionem suprà, ita nugantur: *Si de Messia loquitur textus v. 25. 26. cur ergo Daniel non dicebat, Messias noster, sed seipsum excludebat? Quare hic est sensus: Quando noster Messias veniet, tum occidetur Messias eorum, & reges eorum cum Messia suo, quem pro Deo sancto sanctorum colebant.* Resp. Helleboro opus est vertiginosus his

sis his capitibus. Itaque Daniel se excludit, cum dicit, *Messias Dux?* Ergo etiam Esaias se excluderit, cum cap. 45. v. 17. inquit, *Et salvabitur Israël in Domino*, quia sc. non dicit, in Domino nostro? Sed quād ineptum est, quod occisionem Messiae de Christianorum regibus interpretantur! Annon ipsorummet interpres, vi clarissimi textus adati, fatentur, INTRA 70. septimanarum spaciū cædem istam Messiae eventuram? Qui ergo post elapsa quindecim secula à fine septimanarum, demum continget? Næ hi homines præ odio nostri & diabolicâ malitiâ, nesciunt quid dicant aut garriant.

Contra omnes tām enumeratas, quād cæteras, quæ in R. Abraham & R. Saadia, extant, corruptelas, (quis enim tempus perdat in omnibus nugis describendis?) sufficit immotum hoc argumentum: Septuaginta septimanæ determinatae sunt in hunc finē ut adducetur (אַבְנָה לְתִשְׁמָשׁ &c.) Messias (Nam Messiam verum intelligi, sive per sanctum sanctorum, sive per Justitiam sempiternam, fatentur Judæi) Ergo intra terminum earundem venire debuit, aliás vana & nihil effet illa in hunc finem facta determinatio. Atqui septimanæ illæ finem habuerunt ante annos 1542. Ergo ante annos 1542. Messias venit.

CO-



COROLLARIA

I.

Deus serio vult omnes homines salvos fieri.

II.

Christus suâ obedientiâ & satisfactione omnibus promeruit salutem.

III.

Spiritus Sanctus in verbo omnibus offert salutis media.

IV.

Nemo ergo hominum absolute aliquo decreto à salute eternâ est exclusus.

F I N I S.



APPENDIX III.

ELENCHORUM JUDAICORUM

Continens refutationem Exceptionum Judai-
carum ad loca,

Zach. 13. Jerem. 3. & testimonia Talmudica,
Item, de Virginitate matris Messiae, de Pas-
sione, Crucifixione & Morte Messiae.

Institutus

a

CHRISTOPHORO
HELVICO, SACRARUM LITERA-
RUM, ET HEBRAEÆ LINGUÆ PROFES-
sore publico:

Respondente

BURCHARDO TRENTFUSIO Hilperhi-
sano Franco.

Habebitur publicè in aula poëtæ et Theologorum.



GIESSÆ,

Excudebat CASPARUS CHEMLINUS.

Anno clo I cXIII.

VIRIS

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CONSUL-
tissimis & prudentissimis.

Illustrissimi & Celsissimi Principis ac Domini

Dn. JOHANNIS CASIMIRI, Ducis Saxonie, Ju-
liae, Cliviae, Montium, &c. Consiliariis
intimis

Dn. VOLCKMARO SCHERERO, I.U.D. Celeber-
rimo, Cancellario laudatissimo.

Dn. GEORGIO HACKÆRARI Illustris praefecto fi-
delissimo.

Dn. SIGISMUNDO HEYSNERO, Camera Secreta-
rio dignissimo.

NEC NON

Viris Admodum Reverendis ac Clarissimis,

Dn. IOHANNI GERHARDO SS. Theol. D. eximio, &
Superintendenti Heldburgensi vigilansissimo.

Dn. MARTINO GNGIO, Ecclesiastæ Aulico Cobur-
gensis ut digniss. ita fidelissimo.

Reipub. patriæ Columnis, Injustia fulcris, pietatis patronis.

Dominis Mecœnatibus ac promotoribus
suis singulariter honorandis

Hanc disputationem Theologicam partim
observantie partim gratitudinis ergo
dicat & consecrat

Respondens

Burchardus Trentinus Hilperhusa-Franc.



Appendix III. ELENCHORUM JUDAICORUM.

Exceptio ad locum Zach. 13.

I.

Hunc locum contra nos urgunt Judæi dictantes, nondum è Mundo sublatam esse idolatriam omnem & falsum Deorum cultum, cùm minima orbis pars adhæreat fidei nostri Meßia. Resp. 1. De idololatria Ethnica Prophetam loqui certum est, quæ iis temporibus erat ubivis terrarum & gentium frequentissima, item Oraculis, & Sacerdotibus idololatricis, quæ omnia temporibus Messiæ sublatum iri, prædictit. Atque id certè verissimè evenit. Primum circa annum 100. à nato Messia, ubi prædicato Evangelio per totū Mundum passim obmutuerunt oracula Ethnica, neque responsa amplius dare potuerunt. Ut ex hac occasione Plutarchus Ethnicus peculiarem librum scripserit de Oraculorum interitu, ubi inquirit in causas hujus inauditæ & miraculosæ rei. Item, Iuvendal's codem tempore vivens, Satyra 6. canit. *Quicquid*

Dixerit astrologus, credent à fonte relatum

Hammonis, quoniam Delphī oracula cessant.

2. Quamvis autem non simul omnia sacrificia Ethnica cessaverint, tamen progressu temporis ipsa quoque planè neglecta, abolita & extincta fuere, in primis à seculo Constantini & porrò. Ut cæcum esse oporteat, qui non videat insigne hoc miraculum, quod cùm antehac communi

G 2

quo-

quodam consensu populorum, per tot millia annorum firmato, totus orbis terrarum idolis, statuis & simulachris sacrificaverit, thura & incensa obtulerit, eademq; adoraverit; poste à voce Evangelii illa omnia fuerint abrogata. Neque enim, quando Propheta inquit, נִתְמַדֵּב in die illo, intelligere putandus est unum solum diem, vel unum annum: Sed phras propheticæ indefinitè intelligit tempora exhibiti Messiae, & Evangelii promulgati.

3. Quod verò attinet ad idololatriam Papisticam, illa non est hujus loci, cum fiat prætextu doctrinæ Evangelice & sit nova planè Evangelii depravatio & Messiae exhibiti obscuratio; de cuius introductione non minus prædixerunt Evangelici libri, quā de veteris abrogatione Zacharias.

4. De loco Jerem. 3. actum est Elencho VI.

*EXCEPTIO AD TESTIMONIVM TAL-
mudicūm è sex milenariis annorum Mundi.*

Extat de hoc loco prolixa disputatio in lib. Schebet Iehuda, habita in conflictu cuiusdam docti Judæi ad Christum conversi cum aliquot Rabbinis. Nomen illius exprimitur *Gronimus*, Is, nisi me augurium fallit, est *Hieronymus de sancta fide*, qui scripsit librum contra Judæos postquam conversus fuit, ad cuius lectionem feruntur quinques mille Judæi conversi. Summam disputationis excerptam, si modò fideliter à Judæis relata est, de quo dubito. Hieronymus ille promisit se Rabbinos convicturum è proprio Talmud, quod Messias venerit. Et ad hoc allegavit verba è lib. *Sanhed. c. 11.* de sex milenariis Mundi. Responderunt Rabbini dupliciter. 1. Non licere argumentari, quod Messias venerit, nisi prius omnes conditiones seu requisita ad adventum Messiae à prophetis prædicta, ostendantur esse impletas. Nam hanc esse legem disputandi apud sapientes, ut prius de rei es-
sentia

sentia & postea demum de ejus accidentibus differatur. 2. Respon-
sionem extare in ipso allegato loco, quando sequitur: Et propter pec-
cata nostra, quæ multa sunt, exhibunt deis qui exhibunt: id est,
peccata nostra immutabunt determinatum istud tempus:
Respondit Hieronymus: Hæc postrema verba non esse
Eliæ, sed assumentum Rabbinorum, qui cum recusarent
Christum Jesum pro Messia agnoscere addiderunt hæc
verba, quasi etiam Eliæ essent: cum tamen ea in præterito
loquantur, exierunt de iis (annis) qui exierunt. Respondit
R. Zerachia 1. Omnis qui venit ad coargendum aliquem, non
debet afferre testimonium ambiguum, quod duplice interpreta-
tione obnoxium sit, quale est hoc. Hieronymus enim dicit, postrema
verba esse assumentum Rabbinorum: Nos autem negamus. Jam
si ille querat, cur negemus, nos quaremus, cur ille affirmet? Sic igi-
tur in medio relinquitur testimonium, ut neuter nostrum aliquid
firmi inde evincere queat. 2. Notit ipse Hieronymus, quod hic mo-
dus observetur in Talmud: Si quis Rabbi aliquid proponat, & al-
ter neget, si proponens non demonstret suam Thesin, tum illare-
linquatur in dubio, donec probetur. 3. Probabilius est, unum ef-
fe autorem totius huius pericopes allegatae, quam duos. Nam con-
suetudo Talmudica est, ut si quod novum apophthegma ponatur,
præfigatur nomen hoc modo: Dixit ille vel ille: At hic id non fit,
sed est continua sententia. 4. Neg. certò constat, An hic Elias sit
Propheta ille priscus, an aliud quidam Rabbi. Verisimile est autem
fuisse alium quandam Rabbi. 5. Etiam si Messias veniret demum
in fine sexti millenarit, tamen satisficeret vaticinio huic, quia non
exprimitur, an in principio an in medio, an verò in fine venturus
sit. Ad hæc respondit Hieronymus: Ratio temporis adver-
satur, quo minus de alio quopiam Rabbino intelligi possit.
Elias enim Propheta vixit longè ante Captivitatem Ba-
bylonicam. Atqui hic dicitur: (propter peccata nostra, quæ
multiplicata sunt. Manifestū igitur est, aliquē hæc dixisse tē-

pore captivitatis seu exilii, in quo Elias Propheta non fu-
it. Respondit R. Zerachia: *Esto igitur, dixerint Talmudi-
stae postrema verba; Tamen nondum sequitur, quod initio
quinti millenarii venire debuerit, velut jam dictum.* Nihilominus
verum est, quod Talmudistae addiderunt, propter peccata nostra
differre eius adventum. Qui et si in postremo demum millenario
subsequatur, nihil tamen falsi Elias dixit. Respondit Hiero-
nimus: Hæc pugnant cum ipsis verbis. Nam Elias dicit:
Dies Messiae futuros esse bis mille, Ergo necesse est, ut ini-
tio illorum bis mille annorum veniat, alioquin non co-
plebit numerum suum. Respondit R. Zerachia; 1. *Hæc
tuaratio non est necessaria, quare in medio relinquitur, ut antè
dictum.* 2. *Nulla conditio Messie hæc tenus impleta est, quare
nondum Messias venit.* Nam post multa secula demum fides ejus
in universum Mundum propagata est. Et tamen etiam nunc hodie
multæ sunt sectæ, & nullus consensus inter ejus sectatores. Neg. ces-
sarunt hæc tenus bella, cædes, direptiones in mundo, etiam inter i-
pso ejus sectatores. Imò Turca religio longè amplius spaciū in
Mundo occupavit. Et quid novia attulit Iesu adventus in Mun-
dum, aut quid rectificavit in ulla re que ante ipsum fuit? 3. Tal-
mudistæ procul dubio nihil inferuerunt Talmudo, quod sibi con-
tradiceret. Contradicaret autem hoc ipsis, si juxta tuum sensum
intelligeretur. 4. Sed hic est verus sensus. Duo termini sunt pre-
fixi adventui Messie: *Vnus ex parte Dei promittentis, alter ex
parte dignitatis seu meriti Iudeorum.* Ex parte Dei promittentis
adventus habet tempus suum: Ex parte meriti Iudeorum accele-
rari potest. Iam dictum Elias de neutro termino in specie agit, sed in
genere definit intervallum intra quod advenire debeat. Eventus
autem docuit, quod non fuerit acceleratus, obstantibus sc. nostris
peccatis. 5. Denique magna est stultitia, confirmationem religio-
nis querere ex eo, qui illam planè negat & oppugnat. Constat au-
tem, Talmudistas negare religionem & fidem Iesu. 5. Postremo

mira-

mirabilem quandam interpretationem affert Rabbi iste. Non enim
hoc voluisse Eliam, juxta mysteria Legis deberi 2000. Inani, ut
præpararetur semei Abrabæ ad accipiendum Legem. Deinde ipsi
exercitio Legis, itidem 2000. Post hos conventens esse ut veniat
Meſſias, cuius tempore etiam per annos 2000. verum comple-
mentum Legis & arcana legis exhiberentur. Cum autem Talmudista ille videret magnam improbitatem Iudeorum, & idè de-
ſperaret de eventu, adiecit, propter peccata nostra arcana legis
nondum revelata esse. Non igitur agit de adventu Meſſiae neque
de eo ſollicitus est, ſed tantum quia Legis complementum &
myſtica explicatio à Meſſia dependet, idè mentionem facit
qui ſi per accidens Meſſie. Atque hic (inquit liber Schebet
Jehuda) reliquit Hieronymus praefens argumentum, & ad aliud
progressus est.

3. Hæc ex dicto Hebraico libro transferre volui,
ut perspicuum fieret, quot modis Rabbini evidens hoc
Taimûdicum Testimonium eludant. Quis autem credat,
doctum illum Hieronymum ad nugas Rabbinicas ita ob-
mutuisse, ut cogeretur ad aliud argumentum progredi?
Igitur, quod ipſi omiferunt, nos adjiciemus ad Hierony-
mi responses. 1. Ineptum est postulatum, prius debere
examinari conditiones adventus Meſſiae. Nam Hierony-
mus promiserat ſe ex libris Iudeorum id demonstrare vel-
le, quid ergo tum opus erat conditionibus in Scripturâ af-
ſignatis? Quod autem nugatur de ſubſtantia & Accidente,
contra eos facit. Nam conditiones Adventui additæ
ſunt Accidentes circumſtantiae, & proinde de iis posterius
agendum. 2. Quod obtendunt ambiguum eſſe, num ad-
dita illa verba de Iudeorum peccatis ſint Talmudistarum,
an vero Eliæ, fatis refutatur ab Hieronymo ex diſtantia tē-
poris, uti poſte à ipſe Rabbinus agnoscere cogitur. Neque
obſtat omiſſio nominis. Hoc enim non perpetuum eſſe, ut
nomen

nomen semper præfigatur, docet alias locus in *Talmud lib.*
Aboda Zara cap. liphe edehen, ubi similiter hæc traditio re-
censetur, sed postrema illa verba longè aliter sonant, &
manifestè ostendunt, glossam alicujus Rabbini esse, hoc
modo & propter peccata nostra que multa sūt, exierūt ex iis anni
714. Adde quòd diversitas styli idem arguit. Verba n. Eliæ
sunt *Chaldaica*, verba verò postrema sunt *Hebraica*. Quod
obtendunt, incertum esse num Elias Propheta autor sit,
an alias, nihil illos sublevat. Cùm enim Talmud recepe-
rint, non possunt ejus autoritatem rejicere: in primis, quia
nemo alias legitur huic traditioni contradixisse, aut eam
in dubium vocasse. Quod amplius contendit, sive initio
sive fine bis mille annorum veniat, perinde esse, verissimè
refutavit Hieronymus, pugnare ostendens cum ipsis ver-
bis. Et impudens est Rabbi, ajens argumentum Hierony-
mi non cogere. Nam qui dicit, dies Messiae futuros esse bis
mille annos, ille certe extensivè loquitur de duratione.
Quod clare patet è præcedentibus. Sicut enim bis mille
annos durabat *Inane*, & bis mille annos durabat *Lex*, sic
certè necesse est & bis mille annos durare *dies Messiae*. Si au-
tem in fine demum veniat Messias, utique anni præceden-
tes adventum ejus, non sunt dies Messiae, sed sunt anni Le-
gis, & sic violatur vaticinium, quod tantum bis mille an-
nos Legi assignavit.

4. Quòd porro multas conditiones adducunt, quæ
nondum impletæ sint, est inanis *ἀδολεξία*, quæ ad hoc ar-
gumentum nihil pertinet. Ad propagationem doctrinæ
Evangelicæ seram, suprà responsum est. Et verò statim ab
ascensione Christi in universum Mundum brevi tempore
promulgatum Evangelium fuit, licet successivè; & ab eo tē-
pore Christus regnum suum tūm in Ecclesia gratiōsē tūm
alias potenter, utrobiq; vero modo non mūdano, sed cœ-
lesti,

Iestis, administravit, ut suprà è propriis suis Doctoribus Ju-
dæos convicimus. Sectas quod attinet, & dissensiones. Ju-
dæi non intelligunt Prophetas. Quando enim ii de con-
cordia & unitate fidei loquuntur, nequaquam hoc volunt,
quòd omnes omnino homines Evangelium & Messiæ do-
ctrinam recepturi sint: (Nam suprà hoc quoque tam ex S.
Scripturis quam ex Hebræorum scriptis refutavimus) sed
respiciunt ad statum Veteris Testamenti, ubi scilicet Judæi
habebant veram doctrinam cœlestē, exclusis Gentilibus:
Quia igitur Messias promiscuè ad suum regnum vocatu-
rus erat & gentiles & Judæos in universo mundo, hinc no-
vam & universalem istam promulgationem doctrinæ de
beneficiis Messiæ omnibus ex æquo offerendis, Prophetæ
amabilibus phrasibus concordia & unitatis fidei & nomi-
nis divini, describunt. Atque hoc potius confirmat no-
strum Argumentum, à cessatione idololatriæ Ethnicæ
desumptum. Quia enim ad doctrinam Christi passim in
toto Mundo Gentiles se convertebant, abjecta idololatriâ,
& eandem fidem cum credentibus Judæis amplecteban-
tur, certissimum hoc esse vobis est, quòd Christi nostri do-
ctrina sit veri Messiæ doctrina. Apostasia vero multorum
hominum à doctrina Evangelica, in ipsis libris Evangelici
palam est prædicta. Tandem, quod sarcasticè annexūt,
quid novi attulit Messias vester in Mundum? Remittimus
nebulones ad suum Rambam, unde discant, tempore Messiæ
nihil debuisse planè innovari aut immutari in statu Mundis. ex-
terno, exceptis scilicet particularibus miraculis, vide elegantem i-
stius Rabbini dissertationem lib. More Nebuchim part. 2. cap.
29. Item allegatur eadem sententia ex ejus Hilcoth super Iu-
dic. Quæ sufficere potest ad retundendam improbitatem
Judæorum.

8. Porro quod ajunt, stultum esse petere confirma-

H tionem

tionem religionis ab eo qui neget religionem, planè produnt stultitiam suam. Nam ipsi metuunt hoc faciunt sapissimè, ut quando ajunt, ipsum Christum testatum esse se non abolere legem, sed complere, ut hinc probent, legem in omnibus partibus duraturam perpetuò, & ejusmodi multa alia. Si a. nesciunt à testimonio adversarii peti argumenta firmissima, (rectè scilicet applicato) multò etiam sunt stultiores.

9. Idem responsum habeant, quando dicunt: Talmudistæ hoc non inseruissent Talmudo, si intellexissent sibi adversari. Quis enim nescit, mendacem hominem sæpe se prodere proprio iudicio, veluti soricem? & impudenter fatari interdù veritatē, quam dissimulare volebat?

10. De duobus terminis adventus Messiæ quod blaterant, contra ipsos facit. Nam ex parte Dei promittentis terminus necessariò est iste, qui à Deo in verbo fuit constitutus. Quem enim alium somniare possunt? At unde ille nisi è scripturis Prophetarum erui potest aut debet? Quare nos urgemos illum terminum à Deo constitutum, qui juramento divino munitus fallere utique non potest, ut ipsi Judæi hic fatentur. Atqui idem ille est, quem nos probavimus è Mose, è Psalmis, è Micha, ex Haggæo, è Daniel, è Zacharia, è Ieremia, ante 1500 annos effuxisse. Ergo ex confessione Judæorum propria, Messiam venisse necesse est.

11. Quod allinunt de indefinito dicto Eliæ, antea ex tenore ipsorum verborum refutatum est. Et insulsè admodum Rabbi tandem negat agi de adventu Messiæ, nisi occasionaliter. Primo, impudenter contradicit claris verbis: Duo millia dies Messiæ. Deinde, sive occasionaliter sive ex professo, mentio adventus Messiæ fiat, cogitatura gnoicere nihilominus, elapsis duobus millibus legis, residuos

fidiuos bis mille deberi regno Messiae , qui legis perfectio futurus sit(sic enim verba in Hebreo sonant) & arcana legis expositurus. Quid igitur lucratus est prolixasua adoratrix? Certè non merentur tales nugæ, ut preciosum tempus in illis consumatur. Devorandum tamen fuit hoc tempore propter eos, qui cum Judæis cupiunt conferre sermones, ne planè imparati incident in illorum exceptiones.

EXCEPTIO AD TESTIMONIVM TAL.

*modicum de dominio Romanorum
non iustificari.*

12. Quam bene hæc traditio eum veritate historiæ per omnia conveniat, jam non laboramus, sed sufficit ex ea probari, Messiam venisse. Et confirmatur inde, quia in Talmud extat, ante Excidium Templi Messiam natum esse, vi hujus dicti prophetici, Mich. 5. v. 3. Iuxta tempus parturientis tradet eos, & Esate 66. Antequam parturiens pariat, peperit masculum. Hinc enim concludunt Talmudistæ, 1. priusquam Messias veniat, novem mensibus oportere Israelitas esse in servitute postremi vastatoris, id est Romanorum, exponente R. Salomone: 2. Antequam destructa sint Hierosolyma, natum esse Messiam. Excipiunt Rabbini in eod. L. Schebet Iehuda. 1. Nativitatem intelligi metaphorice de cogitatione, quam Deus conceperit de mittendo quondam Messia. 2. Et si concedant natum tunc fuisse, tamen nihil prohibere, quin sit haecenus in Paradiso apud Henoch & Eliam, suo tempore venturus. Respond. Ad posterius suprà append. 1. responsum fuit. Ad prius: Ridere, potius convenit exceptiones tam stolidas, quam operam iis impendere: Messias natus est tempore Excidii Hierosolymitani, id est,

H 2 cogen-

cogitationem Dei subiit, in mentem venit Deo. Apage insanas istas insanias, quæ mera sunt ludibria Satanae, & irrisiones Diabolicæ, cùm ipsa traditio circumstantias natu infantis luculenter describat, uti suprà Mich. 5. vidimus.

EXCEPTIONES AD LOCA DE VIRGINITATE matrū Messiae.

Esaie VII. de voce
מִתְּנַחֲלָה

13. Magnopere offendit Judæos, quod ex hoc loco probamus virginitatem matris Messiae, & duo potissimum excipiunt. 1. vocem: מִתְּנַחֲלָה propriè significare juvenculam, sive virgo sit, sive maritata, aut etiam stuprata. 2. Prophetam loqui de conjugi sua & filio sibi nascituro. Fuere quidem nonnulli, qui de filio Achazi, nempe Hiskia, inteligerent, sed eos rectè rejicit R. Salomon & Abraham Abenezra. Antequām argumenta Judæorum proponamus, confirmabimus nostram sententiam, quod vox Almah propriè virginem juvenculam intactam significet. Unde sponte consequetur, talem nullius hominis matrem esse posse nisi Messiæ; Adjungemus etiam in specie argumenta, probantia eam esse matrem Messiae.

14. Argumentum 1. Etymologicum. Nomen hoc est à radice מְתַחֵל occultavit, ut ipse R. David Kimchi in lib. Radicum fatetur. At quæ alia ratio derivationis esse potest, nisi quia occultata sit à consuetudine maritali & conjugali, Domi semper inclusa & custodita? Hoc & Hieronymus rectè urget in Comment. Esaie. Et confirmatur more apud antiquos recepto, ut virgines domi asservarentur & diligenter custodirentur. Vide 2. Maccab. 3. v. 19. & 3. Maccab. item

item Ioseppum de Maccab. cap. 18. Sic apud Hesiod. legitur, lib.
2. ἡγ. de nondūm despōnsata virgine.

Ἡπερ δέ μων ἐν ποθεφίλη τῷ θεῷ μητέρα μιμεται, Οὐπω δέ γε ἐδύνατο λαυ-
χεῖσθαι αὐτοῦ τῆς.

15. *Argum. II.* Quatuor omnino apud Hebræos sunt vocabula, quæ puellam significant, בְּתִילָה נָעָרָה יְלִבָּהּ וְמַלְאָה: Jam constat, priora duo tantum respicere etatem, & significare puellam, sive sit virgo sive minus, ut videre est *Genes. 34. v. 2. 3. 4.* in utroque; hoc tamen discrimine, ut נָעָרָה etiam adultioribus conveniat, יְלִבָּהּ non item. Est & hoc extra controversiam, nomen בְּתִילָה significare Virginem puram, sive ea juvenis sit sive vetula. Restat ergo, cùm aliquod discriminem esse oporteat vocum, יְלִבָּהּ simul juvenulam significare, & (è radicis significatione) virginem. Ita duo priora respiciunt etatem tantum: tertium, qualitatem seu virginitatem tantum; ultimum verò utrumq. simul comprehendit. Quidquid Rabbi Salomon in *Gen. 24.* affirmit, בְּתִילָה etiam corruptam esse posse, sc. modo præternaturali. Igitur omnino danda est aliqua vox Hebræa, quæ castam & intactam planè virginem significet. Atqui alia ne cogitari quidem potest, quam מַלְאָה.

16. *Argumentum III.* In nullo loco Scripturæ aliter significat, quam puram virginem. Nam septies tantum reperitur in universa scriptura, & tecum He demonstratio, *Gen. 24. vers. 43. Exod. 2. v. 8. Cant. 1. v. 3. & cap. 6. v. 7. Psal. 68. v. 26.* in his locis Judæi fatentur significari virginem. *Proverb. 30. v. 19. Esiae 7. v. 14.* ubi negant. De loco Proverb. 30. agemus in argumentorum Judaicorum refutatione. Bis usurpatur pro instrumento Musico, quæ significatio hue non pertinet.

17. *Argumentum IV.* Etiam masculinum בְּנֵי puer, nupsiam de marito legitur, sed de experte vitæ conjugalis, ut *1. Sam. 17. v. 56. & c. 20. v. 22.*

18. *Argumentum V.* Debuit hoc esse peculiare signū divinum, ut apparatus verborum ostēdit. At uxorem maritatem esse prægnantem, non est signum peculiare, quia non est insolitum. Quid enim novi est, juvenculam maritatem ferre uterum? An non hic est communis Naturæ ordo? E. hīc non potest denotari uxor juvēcula maritata.

19. *Argumentum VI.* Rabbi Salomo in Cantic. v. 8. fatetur, נִזְמָן significare נִזְמָנָה virgines, quia per hanc vocem, alteram interpretatur.

20. *Argumentum VII.* à consensu interpretū. Græci LXX. reddiderunt παρθένον. Sic & Matth. c. 1. allegavit. Et Syrus ibidem habet οὐδεὶς Testatur etiam Hieronymus, in lingua Ponica (quæ Hebraica est, ut Ioseph. Scalig. ostendit multis documentis, & Hieronym. quoque ibidem testatur) Alma significare virginem.

Nunc ad Argumenta iudeorum.

21. Primò, valdè gloriantur in loco Prover. 30. v. 19. ubi vox נִזְמָן additur viro. Et vers. sequenti agitur de adultera. Ergo, inquiunt, נִזְמָן potest esse adultera, ac proinde non virgo. Resp. Est elenches consequentis. Cedò Judæ, qui sequitur: Vir insidiatur Alma, Ergo Alma est adultera & scortatum? Quod si statim essent adulteræ omnes quibus insidiæ parantur, næ exopratæ res hac foret impuris scortatoribus, honestis autem & castis matronis ac virginibus funestum decretum! Imò contrarium probabilius sequitur. Vir insidiatur Alma, Ergo haud dubiè est virgo, quia virgines magis obnoxiae sunt insidiis quam maritæ. Quod si insidiis se capi Alma patiatur, neque tueatur pudicitiam, tūm sanè Alma non amplius manet, licet Alma anteā fuerit.

22. At enim vero, inquiunt Judæi, versu sequente explica-

ε H

explicatur hæc Alma, quod sit מִלְאָה mulier adultera. Resp.
Versus sequens procèdit ex argumento Parium, & describit
Mulierem fornicatricem, sicut præcedens versus descripsérat
Virum libidinosum fornicatorem. Nihil igitur hic versus 20.
ad Almah. Hoc scilicet vult: Eandem esse rationem mu-
lieris adulteræ ad juvenem, quæ sit viri adulteri insidiato-
ris ad virginem; veluti Potipharis uxoris adulteræ ad ca-
stum Josephum: Et à quæ difficile esse, vias & modos &
consilia omniaque gesta ejus deprehendere aut ex-
plorare.

23. Lutheru ita respondet: Esto, agat ibi Salomo de
scorto, quæ se gerit pro virginē, Alma, ut nemo sciat eam
esse scortum, sed omnes pro virginē habeāt; quid lucran-
tur inde Judæi? Hoc scilicet, quòd nomen Almah, talem ju-
venculam significet, quam omnes pro virginē habeant,
quaquæ virginē sertum atque nomen gerat, seseq; pro
virginē vendit, licet non sit. Hic certè abusus nominis,
significationem ejus veram ac genuinam non tollit, ut o-
mnes sanj intelligunt.

24. Non jam afferat memorabilem explicatio-
nem vetusti Hebræi Rabbenu Haccadosch, qui hæc omnia
de Messia in virginē concipiendo, exponit, Mulierem ve-
rò adulteram de apostatrice Synagoga Judæorum. Vide
Galat. lib. 7. cap. 15. Verùm ille liber, (dignus diligentio-
ri asservatione) apud Judæos hodiè reperiri non potest.

25. Secundò Judæi sic arguunt: Propheta de uxore sua
loquitur, Ergo non de matre Messie. Respond. i. Quomo-
do verò has nugas probant? Contrà i. Propheta Esaias
habebat illo tempore filium ejus ætatis, ut posset esse
patris collega, *Esiae 7. vers. 3.* Quomodo ergò habebat
filium et non uxorem?

uxorem juvenculam? 2. Filius hujus Almæ Immanuel, est
Dominus terræ, *Esaie* 8. v. 8. At filius *Esaie* non fuit Domi-
nus terræ: Ergo non de filio *Esaie*, & proinde nec de *Esaie*
uxore, agitur.

26. Verum instant, cap. 8. v. 3. liquere, quod uxor Pro-
phetæ intelligatur. Resp. Phrasis illa לְהַבִּיא בָּלְאַמְרָנָה Et ac-
cessi ad prophetissam, hic significat simplicem accessum,
quia Prophetæ secum adduxit homines sanctos ut essent
rei gerenda testes. Et cum neuter ex illis tempore *Esaie*
vixerit, (Nam Urias vixit annis 100. post, *Jerem.* 26. v. 20.
neque enim Uriam superstitiosum illum 2. *Reg.* 16. v. 10.
hic intelligi credendum est, sed potius ille Pontifex fuisse
videtur, qui apud Josephum memoratur lib. 10. c. II. Za-
charias autem Barachia filius, sive is Jojada filius sit, 2.
Paral. 24. v. 20. centum annis antecessit; sive Zacharias
vaticinatus post captivitatem Babyloniam, annis demum
300. post vixit) consequens est, haec contigisse in visione,
& de prævisa nativitate intelligenda esse, non historicè sed
prophetice. Ac ne quis obtendat, nomina testium aliis tum vi-
ventibus communia fuisse, refutabimus hoc è propriis
Judæorum libris, ac postea solidè probabimus, de Mes-
sia esse intelligenda, ac proinde etiam de ejus matre, non
autem de uxore Prophetæ, nec de ejusdem filio.

27. Primò in Talmud lib. Maccoth cap. ult. expressè
Urias in *Esaie* c. 8. memoratus, dicitur esse Urias ille, cuius
Jer. 26. mentio fit; & Zacharias *Esaie* 8. dicitur esse Zacha-
rias ille, qui in Templo secundo prophetavit. Huic testi-
monio Talmudico Judæi contradicere non possunt. Ac-
cedit interpretatio R. Davidis Kimchi, & R. Salomonis sup.
Esaie 8. qui eodem planè modo exponunt. Ergo necesse est,
fateri, contigisse illum accessum in visione, cum testes ad-
hibiti nondum in rerum natura fuerint. Non igitur de fi-
lio & uxore *Esaie*.

28. Nunc

28: Nunc ostendemus, cap. 8. de Messia intelligendum esse. I. ex nomine Immanuel, qui dicitur esse filius Almæ, & Dominus terræ v. 8. qui possit irrita facere consilia hostilium populorum, quantumvis longè absentium, & dissipare machinationes bellicas eoruadæ v. 10, unde & cognominatur *velox prædator*, & *Festinus triumphator*, v. 3. Hæc profectò non solum arguunt *naïl ãvægeçiv*, non competere filio Esaiæ, sed etiam *Æbæçiv* demonstrant, non posse nisi de Messia salvatore, eo quæ vero Deo intelligi. Nam hoc evincit *απολογία* v. 10. *לְאֵת עַמּוֹנָה*, *Quia Immanuel, id est, quia nobiscum est Deus.* Idem autem filius Immanuel describitur cap. 8. qui & cap. 7. ut fatetur R. Salomo & cœteri Judæi, quia alioquin sibi contradicerent, & suum proprium argumentum negarent. II. Ex coherentia cap. 9. quod de Messia agere, licet nonnulli Rabbini negent, tamen ex authentico suo *Targum* convincuntur, aliisque veterum Hebræorum testimoniis, quæ aliâs adduximus; & ex ipsis attributis, v. 6. 7. Hinc argumentum: Idem describitur *Esaia* 9. qui cap. 8. & 7. Atqui *Esaia* 9. describitur Messias, Ergo & *Esaia* 8. & 7. Messias describitur. Majorem propositionem concedunt ipsimet Rabbini, ut ex commentariis tam R. Salomonis quam R. Abraham Abenezra, videre est. Minorem illi quidem negant, verum illam jam ex *Targum* firmavimus, & ex v. 6. 7. quos ambos certè nunquam, sive de Hiskia, sive de alio *ψηφιστικῶν*, verificare poterunt. III. Quia in Hebræo est articulus demonstrativus: Aceessi ad *הַנְּבִיא* illam *Prophetissam*, cuius scilicet mentio in antecedentibus facta fuerat, ideo amplius evincitur, non intelligi uxorem Prophetæ. Nam nulla mentio facta est, nisi *תְּעַתָּה* cap. 7. Quare cum hæc Prophetissa sit mater Messiae, sequitur illam Almam matrem Messiae esse, & sic non uxorem Prophetæ.

I

Tertiò

29. Tertiò objiciunt. Si be demonstrativum emphati-
cè respicit ad aliquid notum, Ergò necesse est, ut tempore Esiae et-
iam vox יהָוָה Iudaïs jam tum nota fuerit. At quomodo illi scire
potuerunt, matrem Messia fore virginem? Resp. Emphasis τε
He demonstrativi in voce Alma, pro nobis facit. Nam pec-
culiare δένωτι importat in denotanda certa aliqua mu-
liere virgine, unde & particula Ecce nō temerè addita est,
& denique magnificentia promissionis docet, non de vul-
gari aliqua re agi, sed de tali, cuius omnium interesset.
Sciebant autem Judæi, magnificas promissiones Prophetarum ad regnum Messiæ pertinere. Deinde, promissio de nativitate Messiæ ejusque modo, non una vice à Deo re-
velata fuit in Testamento V. Sed subinde clariùs atque
clariùs. In Paradiso simpliciter Mulier designatur. Gen. 2.
v. 15. Postea Levit. 12. v. 3. innuitur, fore aliquando, ut mu-
lier pariat absque susceptione seminis. Demum Esaias clari-
rè exprimit vocem Alma; Ut jam non afferam, quod Galatius à Rabbenu haccadosch, probat, Salomonem quoque
Prov. 30. hujus rei mentionem fecisse.

30. Quartò obtendunt, nostrum Messiam non nomi-
natum fuisse Immanuel, sed Iesum. Resp. Et quot quæ no-
mina habiturus erat Messias, si omnia illa quæ in Scriptu-
ris ei tribuuntur, habere debebat? Distinguunt inepti
homines inter Nomina naturæ, officii, & impositionis. Scri-
ptura multa nomina Naturæ & officii Messiæ tribuit, quæ
nō sunt protinus, Impositionis. Illud enim unum est, nem-
pe Iesu, reservatum revelationi N. Testamenti: licet non
nesciam, quosdam illud etiam ex veteri Testamento Ca-
balisticè rimari. Tantum verò abest, ut Immanuel & Je-
sus cæteraque Messiæ nomina inter se pugnant, aut u-
num alterum excludat, ut potius illud sit hujus funda-
mentum & caussa, adeoque in nomine Jesu omnia reli-
qua

qua summatim comprehendantur. Qui enim est Jesus
salvator hominum peccatorum, cum certè & ^h Deum,
& ^{τιμὴν ὁμοίαν} nobis esse oportet, & omnibus instrūtum,
quæ in cæteris Nominibus continentur. Hoc significat
Petrus Acto. 4. v. 10.

31. *Quintò cum urgentur, ut edifferant, quale si-
gnum sit, si juvencula conjux pariat, respondent, hoc esse,
quod non fœmellam sed masculum editura sit.* Atò frivolum si-
gnum! Itane Propheta tam splendidis & magnificis ver-
bis, tamque pomposo vaticinii illustris apparatu, & ex-
hortatione ad universam domum Davidis ad audiendum
ipsius Dei signum, nihil aliud hiantes docere voluerit,
quam, suam uxorem juvenculam paritram esse mascu-
lum, non fœmellam, Increpet vos Deus, nebulones, ut
illudere non veremini Deo & hominibus! Hoccine tanto-
pere commendatum signum sit, dignoscere an soboles
mascula futura sit an fœmella, cùm id Medici ac Physici,
imò mulierculæ etiam plebejæ, non difficulter conicere
possint? Neque signum hoc tantum in filio nascituro, sed
pari ratione in ipsa quoque Alma concipiente à Prophe-
ta vel potius Deo constituitur. Sed enim indigni sunt ca-
nes isti ulteriori responsonie.

32. Nam alterum, quod in abscondito quodam li-
bro habent, *signum esse, quòd puella nondum matura viro, con-
ceperit & pepererit;* insulsius etiam est priori. Etenim si il-
lam jam antè in uxorem duxerat Propheta, quomodo
nondum erat matura viro? Et, si nondum erat matura vi-
ro, quomodo non erat virgo? quod anteā negabant, a-
jentes, intelligi hīc juvenculam uxorem devirginatam.
Ita insani homines nesciunt quid dicant, & seipso men-
daci coarguunt.

33. Denique sic argutantur: *Signum hoc esse debuit*
I 2 Achaz.

Achazo liberationis ab hostibus praesentibus. At qui noster Mefias annis amplius 700. post, natus fuit. Quare non potest nativitas Mefiae esse signum Achazo datum. Respond. 1. Signum hoc datum est non Achazo, sed domui David, quæ duravit usque ad nativitatem nostri Mefiae. 2. Signa sunt duplia, $\pi\gamma\nu\nu\sigma\nu$ & $\pi\alpha\mu\nu\sigma\nu$, vel, ut alii eodem sensu ajunt, $\pi\gamma\nu\eta\mu\nu$ & $\pi\alpha\mu\eta\mu\nu$. Antecedentia & consequentia, vel prænunciativa & rememorativa. Prognostica seu prænunciativa, respectu eventus futuri, cuiusmodi fuit vellus Gideonis, Iud. 5. Memorativa vel consequentia, respectu præteriti. Quale erat signum Mosi datum, Exod. 3. v. 12. Hoc habebus signum, cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis in monte hoc. Tale erat signum Ezechiae datum de liberatione à Senachreib, Esaiæ 37. v. 30. Hoc erit tibi signum: Come de hoc anno, que sponte nascuntur, et anno secundo, que repullulant, tertio demum anno seminate et metite &c. Tale est & Iudic. 13. v. 23. itemque præsens hoc, de quo agimus.

EXCEPTIO AD LOCUM IEREM.

31. v. 22. Fæmina circundabit

Virum:

34. Primo excipiunt, vocem Hebræam נָקֵבַּה semper significare Maritatum, idèo irrident nos, quod de virgine interpretetur, idque ex Etymologiâ vocis probare volunt. Resp. Hoc est mendacium crassissimum. Nam nomen נָקֵבַּה est nomen Sexus, non statu. Id manifestum est ex omnibus ferè locis, quibus usurpatur, nam opponitur nomini מְלָכַּה id est, Masculus. Masculus autem est nomen Sexus, ut constat, absque respectu ad conjugium. Sic Gen. 1. v. 27. Masculum & fæminam creavit eos. item Gen. 5. v. 2. cap. 6. v. 16. cap. 7. v. 3. 9. 16. Levit. 3. v. 1. &c. Et quid respondebunt ob-

secro

secrò ad locum Levit. 12. v. 7. *Иша* est lex mulieris parientis
masculum aut faminam לְנַכְּבָה: Itane Judaicæ mulie-
res parere possunt infantes, quæ ipso actu usum habeant
conjugii?

35. Secundò ajunt, totum hunc locum agere de populo
Israel, penitentiam acturo, qui comparetur mulieri revertenti ad
maritum suum, id quod sit contra consuetudinem. Nam sicut res
perdita nō revertitur ad dominū, sed dominus potius solet inquire-
re rem perditam, ita non moris est, ut famina, que est costa perdi-
ta de costis viri, requirat virum, sed viri potius requirunt mulie-
res & ad eas redeunt. Idq; ajunt jam diu cæptum esse impleri in Ex-
ilio, juxta Esaiæ 4. v. 1. quia scilicet multæ vidue factæ fuerint, &
hoc esse indicium implendi vaticinii Ieremie, quod pœnitentia
agentes Iudei redimendisint ab exilio suo.

36. Resp. Suaves nugæ! Anne novum est, quod I-
raelitæ à Deo diversi se per pœnitentiam ad eum conver-
terunt? Quoties illud vel in solo libro Iudicum contigisse
memoratur? Quare in Pœnitentia Judæorum hanc no-
vitatem super terra creandam collocare, ineptum est. Præ-
terea aliud est, Reverti ad virum, aliud circumdare virum,
Propheta hoc v. 22. de circundatione loquitur, eamque
pro argumento persuasionis adhibet, cur Israelitæ reverti
per pœnitentiam debeant; hoc modo: *Reverte virgo I-
rael; Quia novum ego creo super terram, dum foemella circum-
dabit virum.* Cum igitur hoc sit argumentum probationis,
utique non potest esse idem cum Quæstione. Quoniam
vero ipsi Judæi fatentur, agi hic de adventu Messiae, necesse
est, ut novitatem hanc in Messia quoque statuant, in re
quadam antehac planè inaudita. Quæ alia esse non potest,
quam conceptio Messiae supernaturalis in utero virginis.
Atque hic habemus testem inter ipsos Hebræos yctere sR.

*Mosén Hadarfan, super Gen. 41, expressè hæc verba de Messia
nativitate exponentem.*

37. Sunt etiam inter Judæos, qui complementum
hujus vaticinii eò referunt, quando sponsa Iudaica tenetur
ter circumire in die nuptiarum sponsum suum, quas incepias
quis non rideat? Scilicet dignum erat, quod tanquam no-
vum miraculum, in orbe inauditum, à Deo per Proph-
etam promulgaretur; sponsas Judaicas in die nuptiarum
ter circuituras sponsos suos! Quia insanîa quæ major ex-
cogitari potest?

*EXCEPTIONES AD LOCA DE PASSIO-
ne, crucifixione & morte Messia; Esaie 53.*

Psal. 22, Zach. 12.

38. Ad locum *Esaie 53*, impudentissimè respon-
dent recentiores Judæi, non ibi de Messia sermonem esse,
sed de Judæis ipsis, qui inter gentes hoc modo exagitandi
excruciandi & persequendi sint. Et quidem audent nebu-
lones affirmare, se propter Ethnicorum & Christianorum
peccata, hoc modo affligi. Hanc expositionem didicerunt
à R. Salomone, cum ante ipsum Judæi hoc caput de Messia
filio Joseph intelligerent, de qua distinctione in sequen-
tibus agemus.

39. Verùm ante omnia hîc Judæis inculcanda &
ad nauseam usque occinenda est *Paraphrasis Chaldaica Io-*
nathæ, quæ disertè totum caput de Messia exponit: licet in
nonnullis versibus paululum à vero sensu deflestat. Ab
hac si recedere velint: identidem stimulandi sunt ut invi-
ti, nolint velint, rudant grunniant, cogantur audire Tar-
gum Chaldaicum, *Esa. 52. v. 13.* אֵלֶּה צְדָקָתִי מִשְׁפָּטִי כִּי יַחֲלֹם עַל־
Ecce pro-
sperabitur servus meus Meßias. Nec curandum hic est, si for-
tè periculum sit, ne disrumpantur, quia cum tanta nau-
sea

sea audiunt quod sibi adversari intelligunt præsentim in
hoc capite. Hoc enim ipsis valde utile est. Novi ego inter
Judæos, qui hoc solo fermè loco Esaiæ permoti fuerunt,
ut Christianismo favere cœperint.

40. Deinde Paraphras Chaldaicæ adjungendus
est consensus perpetuus omnium veterum Hebræorum,
qui caput hoc de Messia ejusque tormentis intellexerunt.
Testimonia, Elencho 1. num. 43. & Elencho 4. n. 2. dili-
genter collegimus.

41. Denique *εἰσέλεγχος* instituendus est ex ipsis Pro-
phetæ verbis. 1. Ex vers. 5. *Ipse vulneratus est propter iniqui-
tas nostras &c.* Unde sequeretur, Ethnicos hæc verba lo-
qui de populo Judaico, & ejus causâ illorum peccata ex-
piari. Quo quidem modo illi exponunt. Verùm hoc falsi-
simum esse, vel ipsi docent, sibi turpiter contradicentes.
Etenim credunt, Gentiles ob id acerbissimas pœnas subi-
tueros, quod tantoperè Judæos afflixerint, sicut querulan-
tut. Idque probant ex *Ioel. 3. v. 2. 3. 4. 19.* Quomodo ergò
hic dicunt, Gentiles ob pœnas Judæorum salvari, cum a-
libi dicant, ob easdem illos damnari? imò non dicant so-
lūm, sed & sperent, & incredibili vindictæ cupiditate ex-
pectent; quam etiam gestibus, exultando & manus com-
plodendo, &c. (miseri homines) declarant, ut testantur Ju-
dæi conversi.

42. II. Ex vers. 9. Is hic describitur, qui non fecit iniqui-
tatem & in cuius ore non est unquam inventus dolus. Obsecro
te, quomodo competit hoc in Judæos? Ut jam nihil di-
cam de usurariis furtis, proditionibus, dolosis circum-
ventionibus, fraudibus, superstitionib. maledictionibus
&c. quib. usq; ad ambas aures immersi sunt: quæro saltem
cur nō credant, Messiā venisse juxta vaticinia Prophetica?
Reſpondent, propter peccata sua multa & magna. Atq; hoc
frequen-

quenter in ore habet, בְּעֵזָה יִנּוּ הַרְבִּים propter peccata nostra in-
numera, patimur sc. hoc vel illud. Qui ergo, malum, nebu-
lones audent, hunc locum ad se applicare?

43. III. Ex vers. ult. Ipse pro peccatoribus exorabit.
Quid? anne orant Judaei pro Ethniciis & Christianis, quos
pro impiis & peccatotibus habent? Imò quotidiè execrā-
tur, detestantur, & diris horrendis devovent eos, maledi-
cunt iis & interitū omniaque mala diabolico planè odio
imprecantur. Testes hujus rei evidentissimi sunt omnes,
omnes inquam, Judaei conversi: imò libri precum, quos
quotidiè orando lexitant, abunde id demonstrant, licet
diversis nominibus, quibus Christianos intelligunt, vide-
antur alios populos, quibus cum illis nihil negotii est,
designare.

44. Locum Psal. 22. de Davide intelligunt. Verum
præter testimonium Midras Tillim. in h. Psal. vel unicus
v. 17. 18. 19. eos refutat. Ubinam enim David manibus ac
pedibus transfossus est? Ubinam expansus ita, ut omnia
ossa dinumerari potuerint? ubinam vestimenta ipsius di-
visa? Ubinam sortem jecerunt super ejus tunicam? Non
habent illi, quod excipient, nisi, si de Messia haec sonent,
quomodo Deus esse possit, qui à Deo se derelictum cla-
met, vers. 3. Resp. Responde tu ad argumentum, Judaei,
sicut lex disputandi postulat, Tum de cætero videbimus.
Quod si tu non capis aut intelligere vis, quomodo Mes-
sias, tam verus ab æterno Deus, quam homo in tempore
natus, in sua illa assumpta humanitate, tantos pro homi-
num peccatis cruciatus sustinere debuerit, non propterea
David & Esaias mendaces sient, sed tu potius mendax blas-
phemator manebis.

45. Excipiunt etiam, in Hebræo non extare!, Fode-
runt manus meas & pedes meas. Sed, Sicut leo manus meas &
pedes

pedes meos, כָּאֵרִי, non Respondeo I. possem optimo jure respondere, vos falsasse Scripturam, idque possem probare ex vestris ipsorum Scriptoribus, è quibus veram Scripturam restituerem. Nam non solum Rab. Moses Hadar-san (quem adhuc manu scriptum inter vos habetis, nec me latet, ubi exemplar extet:) expressè affirmat, Scribas ita correxisse & mutasse in כָּאֵרִי super Genes. 18. allegante Galatino lib. 1. cap. 8. Sed & Masoreth, quod vobis sacrosanctum est, in Notis ad Num. 24. affirmat, Psalm. 22. נָאָרְיוֹ נַחֲתִיב id est, Scriptum esse Foderunt, Et rursum in Misoramagna. lit. יְאֵן, additur Observatio, in multis exemplaribus, Explorata fidei, (מְרוּקִים) inveniri scriptum כָּאֵרִי per Vau in fine. Ac talia exemplaria etiam inter Christianos fuerunt complura, ut videre est apud Galat. & Iohann. Isacum contra Lindanum, & adhuc extant hodiè. Vide Vatabl. in Psal. 22. Andrad. lib. 4. pro concil. Trident. Hæc certè sufficerent ad probandum genuinam scripturam esse per Vau & non per Jod. Ideoque jure possetis accusari falsati textus.

46. II. Verum non utar rigore hoc, sed, quia scio, maiores vestros religiosè asservasse S. Scripturam, saltem priscos illos, velut & Philo testatur apud Euseb. lib. 8. de prep. Evang. c. 2. admittā, illam correctionem scribarum, בְּקָרִים סְפָרִים fuisse restitutionē veteris scripturæ in hac voce per Jod. Quomodo a. inde probabis, ò Jude perversa progenies, sensum non esse, Foderunt? Ego contrà firmissimè probabo, ut ut admittatur scriptura hujus vocis per Jod. Ta men sensum ejus (in Psalm. 22. v. 17.) non esse per Jod. ut Ju-dæi volunt. Id duobus argumentis conficiam è Masoreth desumptis, 1. est in Majora parva, in notis Chaldaicis marginalibus ad Psalm. 22. ubi legitur, בְּקָרִי לִשְׁ שְׂוִתִי עַד בְּקָרִי Hac vox כָּאֵרִי id est, reperitur in universis Bibliis קָמְצִין

cum hac punctione, sed in diversa planè significatione, alterum quidem (Esaiæ 38. v. 13.) in versiculo, cuius initium, Clamavi usq. ad manè. Jam nemo nescit, Es. 38. v. 13. קָרְבָּנִים significare sicut leo. Ergò necesse est, ut aliam & ab ista planè diversam, significationem hīc habeat. 2. ex Masorā magna, in cuius initio omnes voces ordine alphabeticō congestæ extant, quæ eadem planè punctione, & tamen diversissima significatione ad aliam radicem spectante, in Bibliis reperiuntur. Inter hæc etiam duo recensentur, קָרְבָּנִים Es. 20. & Psalm. 22. pag. 3. Column. 2. Ergò ex traditione Masorethica, קָרְבָּנִים Ps. 22. aliud significabit, quam Esaiæ 38. Atque hoc insuper ipse textus evincit. Nam quid est obsecro, sicut leo manus meas & pedes meos? Ipsa res loquitur, deesse verbum, sine quo sententia est hiulca & manca.

47. Cūm igitur & textus cohærentia, & duplex Masorethicū testimonium doceat, aliam significationem hīc locum habere, quam ordinaria vocis punctionatio præ se ferat; queritur, quānam ergò illa sit? Eam nobis ostendunt alia duo Masorethica testimonia, quæ suprà adduximus, affirmantia, cæteros libros exploratae fidei legere קָרְבָּנִים, quod certè nihil aliud significare potest, quam Fodērunt. His accedit tertium testimonium, itidem apud Judæos authenticum, ē Chaldaica Paraphras: quæ utramque scripturam conjungens, sic interpretatur, פְּנַחַן קָרְבָּנִים id est, Fodiunt sicut leo, manus meas & pedes meos. Manifestè igitur docet, alteram illam significationem, quam Masorethæ in hac voce prodiderunt, esse ex radice פְּנַחַן Fodit. Hanc Paraphrasin Chaldaicam si inspexisset R. Elias Levita, non fuisset miratus, cur Masorethæ aliam significationem notassent in voce קָרְבָּנִים: At enim in lib. מסורת המסרת, se non posse assequi, cur diversam significationem ei assignaverint. Atqui præter duo antè allata Masoretharum testimonia, ex Tar-

gum

gum discere illam poterat. Denique, quartum testimonium suppeditant cæteræ versiones diversarum linguarum, quæ interpretantur Foderunt, ut *Aethiopica*, Galatin.lib.8.cap.17. *Græca* τὸν LXX. quæ habet ἀρνέων, ab ὁρτίῳ, fodo: *Aquila*, ἄρνεων, confuderunt (quia verbum καρά interdum hoc sensu usurpatur.) Latina vetus, Foderunt. Ex quibus constat, si-
ve, *כָּרְנִי*, scribatur, sive *בָּאָרִי*, semper id intelligendum è ra-
dice *כָּרְנִי*, hoc sensu, Foderunt, in Psalm.22. Et hæc fortas-
sis causa fuit cur quidam libri veteri *אַרְנִי* legerint, ut reti-
nerent verum sensum, cæteris verò relinquerent scriptu-
ram per Jod αὐτούς. Quod & aliás frequentissimè pro Vau
positum reperitur.

48. Ad locum Zach. 12. excipiunt illum agere de Messia
filio Ioseph, non de filio David. Quam inanem distinctionem
elencho sequenti refellemus. Hic sufficit nobis, quod ne
gare non possunt, mortem violentam competere in Messia-
m. Cur ergo tantopere tremunt adversus Messiam no-
strum, quod violentâ morte occisus est? & cur ob id pro
Messia illum agnoscere nolunt?

49. Atque hæ sunt potissimæ exceptiones Judæo-
rum ad Argumenta nostra de Adventu Messiae. Argumen-
ta ipsorum, quæ ex Prophetis hinc inde corradunt, ut
probent Messiam nondum venisse, una generali respon-
sione solvuntur: Quod vel agant de liberatione Exilii Ba-
bylonici, vel de regno Messiae spirituali in Ecclesia, & spi-
ritualibus beneficiis redempcionis & renovationis, in hac
vita inchoandæ, in alteraverò demum perficiendæ & ple-
nè consummandæ. Quæ omnia Judæi, ut est carnalis po-
pulus, de carnalibus & corporalibus rebus intelligunt,
contra multorum ex suis magistrorum monita, ut aliás
diximus.

COROL.

COROLLARI VICE ADDIMUS PROBLEMA

ta sequentia.

- I. Quid respondendum Iudeis, si postuleni probari quod Messias noster ē familia Davidis fuerit, quandoquidē Evangeliste solū genealogiam Iosephi describere videntur? R. Talmud expressē affirmat; Iesum fuisse prospici regia, קָרְבָּן מֶלֶךְ & crucifixum in vespera Pascha-tos. lib. Sanhedr. cap. Nigmar. haddin. (edit. Venet. nam in Basileensi omissum est hoc propter adiunctus blasphemias) 2. Cūm divina promissio Davidem fallere nequeat, aut monstrarent ipsi aliquem ē regia familia, aut nostrum ex ea fuisse agnoscant?
- II. An Pundak in Hebreis Biblia eiusdem vestitatis cum Literis? Argumenta Criticorum Hebraeorum & Christianorum negantium, non certe sunt de nibilo. Ac lesuita quidens eadem cupide arripunt. At profectō nec ex altera parte desunt argumenta firma, ajetium. Nos distinguendo tollere conabimur difficultatem.

Humanissimo & Doctissimo viro,

D N. BVRCHARDO TRENTFV SIO S. P. P.

M Entitur, quisquis Christi sine honore parentem Ecclesiis nostris haberi clamitat.

Nam digno Domini matrem exornamus honore,

Deoque charam prædicamus virginem.

Sed tamen in nati solioque & honore locari

Desiderat nec ipsa, nec sinit Deus.

Unicus humani ē generis salvator Jesus,

Omnis spei & nostræ basis fiduciae.

Quem judæorum reprobans insana caterva

Pœnis avernī tristibus se destinat.

Felix, qui Christum crucifixum novit amatque,

Cruciique Christi subjicit cruxem suam.

Huic vitam Christi mors reddet, cruxque coronam,

Victoriāque gloriosam vulnera.

Talia dum cathedra, Trentfusi, disseris altâ,

Quæ Christiani sunt viri recte facis.

Ora decet iuvenum Christum celebrare senumque,

Infantiumque corda & ora perpetim.

Tarwtege xamis.

Balthasar Mentzerus.

F I N I S.

APPENDIX IV. ET VLTIMA
ELENCHORUM JUDAICORUM

DE

*Argumentis Judæorum contra Messie
Adventum.*

Quam
PRÆSIDE

CHRISTOPHORO
HELVICO, SACRARUM LITERA-
RUM, ET HEBRÆÆ LINGUÆ PROFES-
sore publico:

Defendendam suscepit
GODOFREDUS STEPHANI Ottovillano-
Westriacus.



GIESSÆ,
Excudebat CASPARUS CHEMLINUS.

Anno cœl I 9 cXIII.



REVERENDO ET CLARISSIMO
VIRO,

Dn. LAVENTIO STEPHANI,
Ecclesiarum in Illustri Comitatu Nassau-
Saræpontano Superattendanti vigilans-
simo, Parenti suo perpetuò honorando.

Disputationem hanc
dedicat

Respondens.



Appendix IV. & ultima ELENCHORUM JUDAICORUM.

De Argumentis Iudaicis.

I.

MULTA & varia afferre solent Judæi *ex scriptura*,
è quibus nondum completis colligunt,
Messiam nondum venisse, ac proinde no-
strum Jesum non fuisse verum Messiam.
Quæ ut dexterius solvantur, opus habent
generalibus nonnullis præmonitionibus,
ceu fontibus solutionum.

2. I. Prophete beneficia *Messiae* cœlestia ac spiritualia
describunt & adumbrant rebus corporalibus & mundanis. Proin-
de insulsum est, ex negatione rerum corporalium, argumentari
contra adventum *Messiae* & exhibitionem honorum spiritualium.
Quod hoc verum sit, potest ostendi etiam ex ipsis saniori-
bus Hebræorum Magistris, qui asserunt, eos stultos esse,
qui Prophetarum phrases semper velint ad literam & non
allegoricè intelligere. Vide *More Nebuchim* part. 2. cap. 29.
Et *Kelijakar* cap. 34. ubi disertè docetur, *Omnia que ad Mes-*
sia officium spectant, cœlestia esse, & non corporalia.

3. II. Quandoquidem autem illa restitutionis & instau-
rationis humanae naturæ beneficia, planè fidelibus applicabuntur
in *Vita altera seu Venturo seculo*; ideò multa Prophetarum

vaticinia intelligenda sunt per incoationem de hac vita, per complementum verò de vita futura.

4. III. Nam duplex est adventus Messia; unus in humilitate, in qua ipse victima pro peccatis fieri debuit, & languores nostros portare, velut Esaiæ 53. prædictum, & Zach. 9. v. 9. Alter verò cum gloria & majestate, in qua tanquam Dominus dominantium & Rex regum se toti Mundo exhibitus est. Dan. 7. v. 14. Primo adventu regnum suum cœleste & spirituale absque splendore ullo instituit, in expiatione peccatorum per mortem, ac superatione hostium infernalium, Diaboli & æternæ mortis, Hos. 13. v. 14. atque promulgatione istius victoriae per prædicacionem Evangelii in universum Mundum, qua sibi Ecclesiastis seu cives regni istius spiritualis, colligit, justitiam imputat, peccata remittit, & transformare ad imaginem pristinam incipit, quantum quidem in corpore mortali (seu ut Cabalistæ loquuntur, materiali, וְגַם רִאשׁוֹן) fieri potest. Altero autem adventu non pauper & humilis, sed gloriosus in conspicuo splendore majestatis se conspiciendum præbebit, & regnum suum cœleste palam manifestabit, æterno jubilo fidelium, (qui plenè instaurabuntur deposita mortalitate, & transformabuntur in cœlestem gloriam & spiritualem conditionem, absque ullo figmento malo seu concupiscentia, omnibus defectibus carentes, quæ appellatur יְלִיאָה הַמְּלָאָכִים perfectio & restauratio Mundi à Cabalisticis:) Esa. 51. v. 11. æternoverò opprobrio incredulorum, Dan. 12. v. 2.

5. Hi duo adventus Messiae etiam priscis Hebræis cogniti fuerunt. Sic enim legitur in lib. Sabbath Talmudico: *Dixit R. Samuel: Non interest inter seculum hoc, & inter dies Messiae, nisi servitus regnorum tantum, sicut scriptum est Deut. 15. v. 11. Non deficiet pauper de medio terre.* Et dixerunt ad R. Eliazar nonnulli: Quandoquidem homini arma sunt ornamento,

etur ergò cessabunt in diebus Messiae? Respondit eis, etiam in diebus Messie non cessabunt arma, sed cessabunt in FUTURO ADVENTU. Ex quibus perspicuum est, 1. etiam diebus Messiae pauperes Judæos futuros fuisse juxta R. Samuelem, & regnum Messiae in hoc seculo nequaquam constatarum fuisse in externa abundantia omnium rerum & splendore, ut Judæi hodierni somniant: Neq; etiam arma cessatura fuisse, verū nō minùs tempore Messiae, quā antehac, bella & prælia futura fuisse. 2. Duplicem esse adventum Messiae, unū de quo jam dictū; alterū, in quo omnia de pace æterna & gloria regni forma ac splendore prædicta, demum cōplementum sortitura sint. Ubi etiā nota, dies Messiae nō de seculo Venturo intelligendos esse, sed de præsenti.

6. Atq; hæc significantur etiam à Cabalistis, quando distingunt inter seculum præsens זה בָּיִם, & seculum Venturum, זה הַבָּא יְמִין. Quæcunq; n. magnificè & præclarè de seculo vēturo differunt, illa pleraq; omnia verissima sunt de Vita æterna in seculo futuro seu in adventu secundo Messiae: non a. intelligenda sunt de Adventu Messiae primo, nisi per inchoationē tantū, quæ fit modo spirituali & nō corporali.

7. Porrò Judæi nescientes hos distinctiones adventus cōcordare, cōmenti sunt duos diversos Messias, unū appellātes filium Ioseph, seu filium Ephraim, alterū filium Davidū: & quæcunq; humilia de Messia in Prophetis invenerunt, attribuerunt filio Joseph, quæ v. augusta & sublimia, filio David. In quo delirio etiamnū pervicacissimè persistunt, ut videre est in lib. Abcath Rochel. part. 1. Operā igitur hanc eis dicabimus, ut solidis argumentis demostremus, Messiam filium Joseph, quem appellant, planè eundem esse cum Messia filio David, seu, unum & eundem esse, de quo tām diversa prædicerunt, ac proinde de duobus modis adventus intelligenda esse, non de duabus personis.

ARGVMENTA CONTRA DVPLICEM
Iudeorum Messiam.

8. I. Is qui dominatus est à mari ad mare, & à fluvio usque ad fines terræ, *Psal. 2. v. 8. 9. & 72. v. 8. 9. 10. 11.* est Messias filius David. Sic enim Judæi, quæ magnifica sunt, exponunt de Messia filio David, & in *Midras* quoque *Tillum* super *Psal. 2.* & *72* de filio David hæc exponuntur. At Messias filius Joseph est is, qui dominatus est à mari ad mare, & à fluvio usque ad fines terræ. Ergo Messias filius Joseph est Messias filius David. Assumptio manifestè extat *Zachar. 9. v. 9. 10.* quem locum Judæi de Messia filio Joseph intelligunt, ideo videlicet, quia de humilitate & paupertate agit: & non animadvertis cœci homines, quod v. seq. eadem huic personæ tribuuntur elogia, quæ filio Davidis in *Psalmis* allegatis.

9. II. Qui inequitans alinæ ingredi debuit Hierosolyma rex Judæorum, est Messias filius Joseph. *Zach. 9. v. 9.* ex sententia Judæorum. At Messias filius David est is, qui inequitans alinæ ingredi debuit rex Judæorum Hierosolyma. Ergo Messias filius Joseph est Messias filius David, id est, est unus & idem. Assumptio clarè extat bis in *Berechith Rabba* super *Gen. 49. v. 10.* &, allegante *Galatino*, in R. *Mose Hadarsan* super *Gen. 49. v. 14.* itemque in *Midras Koheleth* super *Eccles. 1. v. 9.*

10. III. Qui justitiam mereri, conferre & donare suo populo debuit, est Messias filius David, *Ierem. 23. v. 5. 6.* *Esa. 9. v. 7.*

Atqui Messias filius Joseph justitiam mereri, conferre donare populo suo debuit, *Esa. 53. v. 11.* *Zach. 9. v. 9.* hæc enim loca de Messia filio Joseph Judæi intelligunt (nempe qui ex hac distinctione contra nos pugnant) Ergo Messias filius Joseph est Messias filius David.

II. IV. Mes-

11. IV. Messias qui vulnerandus, excrucianus & occidendus fuit, est Messias filius Joseph, ex hypothesi Iudæorum. At qui Messias filius David est is qui vulnerandus excrucianus & occidendus fuit. Ergo Messias filius David est Messias filius Joseph. Assumptio probatur ex *Esa. 53. v. 2.* & collatione, *Esa. 11. v. 1.* Deinde ex testimonio, R. *Iordan apud R. Mose Haddarsan super Gen. 25.* qui ex *Esa. 53. v. 2.* probat, Messiam filium David insolito modo nascitum, *Galat. lib. 8. cap. 2.*

12. V. Si Messias filius Joseph *Zach. 9. promissus*, est diversus à Messia filio David, sequitur, Propheta frustrâ iussisse Iudæos latari in ejus adventu. Etenim quam salutem afferre poterit populo Judaico, cùm statim sit una cum Judæis interficiendus, ex ipsorum sententia? Cùm ergo non liberare eos possit, sed ipsem Salvatorem indigeat, absurdum est, spem in illo ponere. At in quem spes ponenda est, is Messias est filius David.

13. VI. Rab Saadia Gaon in *Dan. 7. v. 14.* disertè de una persona exponit locum *Psal. 72. 5. & Zach. 9. v. 9.*

14. VII. Messias moriturus est filius Joseph, ut Iudei volunt: At Messias filius David est moriturus, teste *Talmud Hierosolymitano, tract. Berach. c. 2. & Talm. Babylonico lib. Sanhedr. cap. 11.* Ergo Messias filius David est Messias filius Joseph. Si excipiant, se non negare quin filius David moriturus sit, sc. expletis multis annis regni, postquam pacificè toti Mundo subacto dominatus fuerit, non autem statim ab initio manifestationis, multò minus contumeliosa & violentia morte: Resp. Testimonia Talmudi, ea loquuntur de eo tempore, quo Iudei ad ipsum se convertent, ex *Hosea cap. 1.* Igitur de initio regni, non fine.

15. VIII. In *Midras Tillim* allegatur *Deut. 33. v. 17.* *Psal. 92. de* Messia filio David. Idem in R. *Mose Haddarsan alle-*

allegatur super Gen. 49. de Messia filio Joseph. Igitur veteribus idem est Messias filius David & filius Joseph.

16. IX. Rursum Zach. 12. v. 11. Judæi exponunt de Messia filio Joseph, quia de planctu mortui agit: & sic etiam Talmud alleg. R. Salomone in comm. Atqui cundem versum R. Moses Hadarsan tribuit Messiae filio David, Gen. 28. Ergo idem est Messias filius David, super quem planctus iste fiet.

17. X. Et quid quæso lucrantur hac distinctione, cum effugere volunt, ne concedere cogantur inexpectatam mortem Messie filii David, ac non vident, se hac ratione ex Messia filio Joseph Deum facere, quum tamen hanc dignitatem ne ipsi filio David concedant? Sic enim argumentor: Qui Zach. 12. v. 10. loquitur, est Jehova Zebaoth, ut constat ex v. 9. & his verbis: Effundam super dominum David & super habitantes Ierusalem Spiritum Gratia & precum. Atqui Messias filius Joseph (juxta Judæos) loquitur Zachar. 12. v. 10. ut constat ex verbis immediate sequentibus: Afficien me quem transfixerunt: Ergo Messias filius Joseph est Jehova, verus Deus. Jam ipsi nolunt credere, Deum mori. Ergo negent etiam Deum effundere Spiritum Gratia & precum, quod tamen ex Iōele constat, soli Deo competere, cap. 2. v. 27. 28. 29.

18. XI. Messias à Prophetis promissus debet occidi pro expiandis peccatis populi, Esa. 53. per totum, Dan. 9. v. 24. 26. At Messias filius Joseph à Judæis descriptus, non morietur pro peccatis populi expiandis, sed occidetur nullo hominum commodo, ex ieiuniorum sententia. Ergo Messias filius Joseph à Judæis descriptus, non est Messias is quem Prophetæ promiserunt. Quare est Messias fictius.

19. XII. Denique fundamentum erroris, ut dixi, est, quod non possunt conciliare vaticinia de adventu Messiae

Messiae humili & glorioſo. Unde ſic colligunt: Contraria de uno ſubiecto ſimil non poſſunt verificari. Atqui venire cum majeſtate & venire cum humilitate, ſunt contraria. Ergo de una perſona non poſſunt ſimil vera eſſe. Quare de duabus intelligenda ſunt. Atqui manifestus eſt Elenchus conſequentis. Nam contraria de uno ſubiecto optimè poſſunt verificati diversis temporibus & diverſo respectu. Adventus humilis debuit eſſe in hoc ſeculo, glorioſus in venturo. Regnum ejus debuit eſſe abſque ſplendore, sc. mundano, abſque potentia, sc. armorum bellicarum: nihilominus tamen debuit etiam in hoc ſeculo eſſe glorioſum ac potentia instruētum, cœleſti ſcilicet & oculis mortalibus incognito ſublimi modo, ſuo tamen tempore toti Mundo in die judicii maniſtando.

20. Nunc expectabit fortassis Lector, ut hæc ad singula Loca à Judæis allata applicem, & in ſpecie ad ea repondeam. Verūm præcipua jam olim ſunt prolixè à Galatino, toto lib. 5. de arcanis Catholicæ veritatis, excuſa & refutata. Cætera verò, quæ in arcano quodam libro inveni, magno numero ex omnibus Prophetis ordine corraſa, profecto non merentur, ut tempus in iis consumatur, cùm ex tribus superioribus regulis, nullâ difficultate, prima fronte poſſint dijudicari, & tædiosum ſit, eandem rem tories repetere.

21. Unum tamen præterire non poſſum, argumentum è Levit. 26. deſumptum, in quo mirum quātropere Judæi tripidant ac triumphent. Vocant illum textum Simiam auream, quia prima diſcio verſus 44. incipit ab Hebræa voce ης Af. quæ Germanis Simiam ſonat. Et ex illo concludunt, ſe adhuc tandem aliquando in terram Canaan reverſuros, & ſic Mefſiam nondum exhibitum, qui ipſos eō deducat. Verūm vanissima eſt hæc collectio.

22. I. Redarguo eos ex vetusta traditione in *Seder Olam*, ubi expressè dicitur, *Post secundam ejectionem è terra Canaan, Iudeos tertia vice nequaquam in illam reversuros esse: Idq; probatur ibi è Scripturā.* Verba allegavimus *Elencho 3.*

23. II. Refutant Judæos vers. 40. 41. qui exauditionem Judæorum connectunt cum eorum pœnitentia, quâ conditione negatâ, etiam exaudito nulla speranda est. Et Judæi quidem per annos 1542. non exauditi nec redempti à Deo sunt, Ergò irrefragabiliter sequitur, eos non egisse veram pœnitentiam. Nam quandiu res conditionata non præstatur, certum est conditionem impletam non esse. Et tamen quotidie Judæi Deum multis lacrymis & clamoribus sollicitant de exauditione, & multa pœnitentiæ opera, crebrojejunantes & animas suas affligentes, præstant per tot secula. Quî sit igitur, quod non liberantur? Causa in aprico est. Si pœnitentia ipsorum esset vera pœnitentia, utique pridem exauditi essent. Nam, ex præmissione textus præsentis, Deus recordaturus est foederis sui & clementer respecturus Judæos. Si pœnitentiam veram egerint. Atqui Deus nondum ipsorum & foederis sui recordatus est, ut ipsos clementer respiceret. Ergò necessariò sequitur, quod veram pœnitentiam nondum egerint. Aliam autem & majorem pœnitentiæ agere non possunt in Judaismo suo, quâm hactenus egerunt, ut ipsimet factentur, cùm post multas deprecationes in libro precum suarum tandem dicunt: *Et nos Domine Deus, nescimus, quid porrò nobis amplius prestandum sit.* q. d. Omnia pœnitentiæ genera & modos tentavimus, & tamen nihil profecimus, ut nesciamus tandem, quid spei nobis restet, quid amplius tentare debeamus, cùm nihil nobis reveles. Hæc profectio manifestè arguunt, Judæis, quandiu in Judaismo perseverant, nullam exauditionem expectandam esse, cùm majorem

rem poenitentiam ipsimet excogitare non possint, qua Deum placent, præsertim si quis considerationem adjungat solennis illius *Anni penitentialis*, (anno Ch. 1502) quo omnes in universo orbe Judæi, annuam poenitentiam magnâ devotione egerunt, & tamen nihil planè impetrârunt. Restat igitur, alio modo ipsis consulendum esse, ut videlicet poenitentiam agant de pervicaci sua superstitione, in blasphemio Judaismo hactenus commissâ. Actum recipientur à Deo in foedus gratiæ, à qua alieni hactenus fuerunt. Sicut multis doctissimis Judæis contigit, qui frustrati spe sua, clapsio illo *Universalis penitentia anno*, cùm se delusos viderent, ad Christianismum conversi sunt.

24. III. Hæc est igitur vera loci sententia: Judæos tempore V. Testamenti reducendos esse in terram suam, si poenitentiam egerint, Tempore verò N. Testamenti, quo abrogabitur externa illa sacrificiorum & politiæ Moysæ constitutio, si ex terra sua ob impoenitentiam & Evangelii contemptum ejectedi fuerint, tamen non abjectum iri, si per veram poenitentiam se ad Deum converterint, sed à Dœo receptum iri in gratiam, ob foedus suum, quod cum ipsis pepigit. Quæ quidem receptio in gratiam, intellegenda est pro natura & conditione Novi Testamenti, in quo, ut jam dictum, nulla sacrificiorum & politiæ externæ in terra Canaan, habetur ratio: id quod vel experientia 1542. annorum, Judæos poterat & debebat edocere.

25. IV. Denique, quî Messias Judæos potest in terram Canaan reducere, cùm non possit nasci, nisi in Bethlehem portione XII. tribuum, quæ jam olim est vastata & destructa?

Hæc & ejusmodi alia si Judæi perpenderent in timore Domini, abjectis animi præconceptionibus, facile possent ad veritatis agnitionem pervenire.


COROLLARIA

- I. Anne Biblia Hebraica adhuc habemus incorrupta? Quippini?
- II. Quomodo ergo Esa 53. v. 9. legitur בְּמִתְּהֵנָה in mortibus suis,
cum ibi sit descriptio sepulchri Christi, ac proinde legen-
dum videatur בְּמִתְּהֵנָה monumenta sua velejus? Resp. i.
Sanè Masoreth in notis marginalibus posteriore significati-
onem confirmant: non tamen hinc putamus certò col-
ligi, quod Iudaicatum falsum sicut 2. Et ut concedatur, re-
stitui tamen posset ex Masoreth.
- III. Quid intelligitur per Mem clausum in media voce לְסֶרֶבֶה
Esa. 9. v. 7? Salvis aliorum Iudiciis, existimamus, notari
virginitatem matris Messiae. Est vero & illa interpretatio
concinna, significari firmitatem & aevum regni Messie:
sicut contra Nehem. 2. v. 13. וְאַפְתָּרִים in fine vocis וְאַפְתָּרִים
murorum ruinas significat.
- IV. Non est concedendum Iudeis, ut nomen Iesu pronuncient.
Lucet Syriaca dialecto dicatur יְשָׁעָה pro γεννητός.

Finis Appendicis IV. & totius Systematis
controversiarum Judaicarum.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
998
999
999
1000



Fg 1067

ULB Halle
004 821 904

3



f

561


V077

Part



Farbkarte #13

B.I.G.



CHUS

LENCHO-
ORUM,

*ceptionum &
quæ à Judæis
im Messiaë
ent.*

O HELVICO
ebrææ Linguaæ
ublico.

SÆ,
Chemlini.

III.